dit Ariſtot. Qđ vo putrefactiōe quadam vaporis id eue niat ſignū eſſe dicunt: tū quia tectos pileis pilos ⁊ oper- culis citius caneſcere videmus pp non pflari impediente cooptura. pflatio enī ꝓhibet putrefactōez: tū etiā: qa fiūt cani in tpib⁹ pmū ⁊ mag pp hūiditatē flegmaticā in mu- ſculoꝝ tpibus īterceptā eoſdē irrorantē. vñ ⁊ hoīes tales temporicanos appellāt ſicut veteri ſermone vulgatū eſt: vt eſt apud Alexandrū in ꝓbleumatibus. ex mō aūt gene rationis canoꝝ cuius notio iā preceſſit declarāt qūo fru- ctus ⁊ holera aquoſa canos adducunt. dum enī ſanguis permanet pinguis ſpiſſus calidus et viſcoſus capilli ſunt nigri: cū vo ad aquoſitatē tendit fiūt capilli decliues ad h vt fiant cani. quare pro tardandis canis fructus repellen dos Auicenna iubet ⁊ holera humectātia ⁊ genera lact tritici aqua concoctum: pultes: potum aque plurime. do cetqꝫ modum quo venereoꝝ ſine modo vſus canos facit mouet enim ſuperfluens humores ad extima corporis ex ſiccatqꝫ vaporem calidū putridū venientem ad partez ſu perficiei cutis quo in loco putreſcit. Quoniam autem al bedinis canoꝝ cauſa ſimilis eſt ei que rugaꝝ cutis: quam caperatam cutem dicunt rugoſam a cornuū caprinoꝝ ſi- militudine: ideo ⁊ dixerunt ꝙ vapor ſubcutaneus qui in manifeſto corporis exiſtit terreſtris eſt plurimūqꝫ naturā groſſi aeris habens quem contingit aut cōgelari et tunc erit quaſi glacies plana: aut non congelari et euenit eum putrefactū rugas facere ꝑtibus ſubtilibus eductis. craſſi- oribus vo contractis per nō ꝯgelantem ħ cōprimentē fri giditatem. corrugatio enim corporis contraria eſt aliquo mō glatiali congelationi: qūuis ruge ⁊ glaties in gñe con ueniant quo ad cauſam. ſunt enim ex vapore in forma nō ſimili exiſtente; lꝫ ambo ſint quoquo mō vaporis putreſa ctio. pp qđ recte ſenectutē appellauit Homer⁹ rugoſitatē

⁊ glaciem. Conſequunť aũt ruge nimiã cutis exſiccatões ſubſtantificam cũ frigiditate: nam adaucta ſiccitate rugoſi fiunt homines vt inquit Galienus: modus autez eſt quia ſiccũ eſt cauſa laxitatis ⁊ frigidũ eſt cauſa corrugationis: eo ꝙ frigidũ ꝯſtringendo plicam pellis ſuꝑ aliã ꝯplicat ⁊ ſic inducit rugas: fiũt aũt cani ⁊ ruge errore opatiõis virtutis digeſtiue tercie errantis q̃ in mẽbris celebrať: quoꝝ oĩm ſalutaria remedia ſuis dicenť locis: precipue. c. xliiij. Fit quoqꝫ a corporis ſenectute quandoqꝫ caluitiũ quod nihil aliud eſt q̃ꝫ naturalis quidam piloꝝ defectus: et magis in ea q̃ꝫ in alijs etatibus. tunc enim ex ſuperflua ſiccitate in ambitu totius corporis ſenilis contingit etiaz materiam in pilum conuertendam abſumi. Fit quoqꝫ maior porroꝝ rarefactio qua retentio pili prohibeť cooperante ad h̓ exuberãtia ſiccitatꝭ anterioris capitꝭ ꝑtis q̃ caluaries dr̃. Conſeqꝫť aũt ĩmenſa h̓ ſincipitis ſiccitas paucitatẽ cerebri ⁊ eius elongatões a craneo qbus exſiccať craneũ ⁊ cutis ita vt nõ remaneat hũiditas glutinoſa radicis piloꝝ inuiſcatiua. magꝭ v̾o accidit h̓ in ꝑte capitis anteriori qa paſſibilior tenuiorqꝫ: qbus reddiť aptior a cãis exſiccantibus ⁊ reſoluẽtibus in ſuis dimenſionibus minorari. cutis etiã ibidem eſt craneo ĩmediatior magiſqꝫ carne priuata a qua humectari deberet. minorato itaqꝫ cerebro ⁊ ꝼm partem illam craneo exſiccato cuti quaſi arefacta cadũt pili. ⁊ per eandem cauſam non fit amplius eoruz regeneratio: hos autem homines recaluaſtros appellant. Horũ v̾o trium accidentium ſenectutem vt plurimuz comitantium ruge. ⁊ cani. ſeniores cuiuſlibꝫ nature ꝼm tamen magis ⁊ minus inſeparabiliť afficiunt. ſicuti eniz in ſenectute caneſcere ita eſt homini propriũ vt omni ꝯueniat ſoli et aliqñ: ita ⁊ corrugari: adeo vt nemo ſit per omnes etatis gradus ad finem vſqꝫ vite decurrens nõ impeditus qui his

ſtigmatibus non inſigniat.ſiquidem in oībus imbecillior i bus ꝯtinuo factis innat⁹ deficit calor:qbuſdā tñ celerius: alijs vͦo tardius. Jd vͦo oñdunt: eo ꝙ frigidi ⁊ ſicci hoīs cerebri notio eſt cito circa caput ſenes fieri oēs ideoqꝫ ca neſcūt citius. qꝺ nō euenit in notionibus aliaꝝ diſcraſiaꝝ cerebri. Dictū eſt etiā homini vni animaliū canitiem in ſe nectute attribui: eo ꝙ ſolus homo inter cūcta aīalia pro prie calueſcat ſolus ⁊ caneſcat: nā cerebrū qꝺ eſt in capi tibus alioꝝ aīalium proportione quātitatis ſuoꝝ corpoꝝ modicū eſt humidū nō plurimū: ideoqꝫ ⁊ digerens calor perfecte vincit ipm. Licꝫ inter cetera bruta cani aliqñ in equis appareant eo ꝙ oſſa equi capitis teneriora ſunt et rariora oſſibus capitū alioꝝ brutoꝝ. Cuius ſignū eſſe di cūt: ꝙ modica ꝑcuſſione incidēte capiti equi precipue in temporibus ſtatim emorit: quia tñ multotiēs cani ante ſe nectutem eueniūt:tū longis ꝯtinuatiſqꝫ languoribus:tum timore mortis horribilis:tū etiā triſticia longa:tum lapſu naturali cerebri adͦ frigidū ⁊ ſiccū:celerius enīꝫ hoīs ſene ſcere affirmāt. Scribit enim Jſigonus Niceenſis q̊ſdam in Albania hoīes a puericia ſtatim canos. Rugas vͦo ſic euenire prodit nemo niſi forte ꝑꝑ tabem aut maraſmonē: que eſt humidi radicalis ſiue ſubſtantialis conſumptio vt euenit in ethica tercie ſpeciei.ideo veteri prouerbio dictū eſt canos vanos eſſe in ſignificādo ſenectutem:rugas vͦo certas. Caluitiū vͦo nō nēcio neqꝫ inſeparabiliter ſenectu tem comitat. eſt enim dare ſenem cui vſqꝫ ad mortem nō euenit caluitiū. propter qꝺ ſoli lꝫ hōi hoc accñs ſicuti et cani ꝓprie ꝯtingat:nō tñ omni neqꝫ ſemper.qꝺ facile per cipi poſſe docet Gal. nā quoꝝ cerebrū tempatū eſt hi cal ueſcūt nō facilius neqꝫ citius:hi vͦo quoꝝ cerebri natura ad calidū eſt decliuis: quoꝝ aūt cerebrū ſiccius eſt ſupra equalitatem breui.i.velocius calui fiunt. humidioris vͦo

cerebri nõ oio:q̃ ſi alqñ tarde tñ. ⁊ ob eã cãm ingt Gal.
q̃ cuius cutis ab ineunte etate decliuior ad ſiccitatem fu
erit ⁊ ad duritiam; cum ad ſenectutem peruenerit in qua
membra refrigerant̃ oia exſiccantur areſiuntq̃.fiet poſtea
cutis teſtea pilorum ortui inepta. remanet enim pellis ſicuti
glacies ſolida a frigiditate poros comprimẽte per quam
penetrat nihil. Et ideo etiam reſplendere aiunt caluitia
ſicuti ſpecula quedam. Non ſic autem euenit his quorum
cerebri natura calida eſt ⁊ humida:imo hi non facile cal-
ui fiunt. neq̃ ſimiliter quorum cerebri natura frigida eſt
⁊ ſicca: frigiditate tñ magis dominante q̃ ſiccitate.neq̃
quorum cerebri natura frigida eſt ⁊ humida.

¶De ſignis ſenectutẽ ſignificantibus tam
pronoſticis q̃ demonſtratiuis. Cap.vi.

o Riuntur cum ſenectute note quedam eã oſtenden-
tes ex quibus ſunt accidentia ſenectuti propria et
complicia.ducunt enim accidentia propria in cognitõem
cuius ſunt ſubiecti.⁊ horum ruge cutis corporis ⁊ precipue
faciei:et cani defectu caloris innati ex decurſu etatiuo cõ
tingentia: que ſi appareant ſenectutis ſtigmata nõ modo
verũetiam vexillum vẽture mortis appellant.Si caluitiũ
quis incurrit ita vt etate caput eius nudetur proxima ſe-
nectus eſt.defectus enim capillorum naturalis magis circa
ſenectutem euenire aiunt propter magis in ea etate vige-
re cauſas caluitiũ facientes. Si increſcãt plurimũ quii n
ſupercilijs fiunt pili:fiantq̃ oculi ſponte concaui ſenectu-
tis indicia ſunt.ait enim poeta ſenior factus;

Nam quos grata prius ciliorum ſerta tegebant
 Deſuper incumbens hiſpida ſilua tegit.
Ac veluti incluſi ceco clauduntur in antro
 Neſcio quid toruũ vel furiale vident.

Fiunt enim quibuſdam factis ſenioribus ſupercilia adeo

longa ut abradant᷑ qui latent in coniunctione oſſiũ. ⁊ ſene
ſcentibus quia diſtant oſſa penetrat amplioꝛ humiditas.
Propter nanq̀ȝ humiditatis ↄſumptionem ↄiungentis ⁊
obturantis ſectiones plures que ſunt in oſſibus ſupciliozꝝ
fumus hinc emiſſus amplioꝛ pilos ꝓtendit ⁊ coꝛpis ſeni-
lis ↄpago ut antiq quaſi ruinoſum ⁊ tranſparens reddit᷑
edificiũ ut ait Ariſt. Maxime aũt id experiuntur medita-
tionibus ↄtinuis dediti ꝑpter caloꝛeȝ ⁊ ſpũs magis in eis
moueri ad ꝑtes capitis anteriores. Quare magis egent il
loꝝ tonſiõe ſicuti ⁊ piloꝝ capitis. Senectutis etiã teſtimo
nia ſunt defectus opationũ alicuius pluriũ vel oim virtu-
tũ aialium motui inſeruientiũ ſponte eueniens: ⁊ in poten
tia uſus venereoꝝ ſpontanea neq̀ȝ ſenſata in eo ſolita deli
tia: dicente Poeta ſenio affecto:

Nec veneris nec grata mihi ſunt munera bachi
Jam dulces epule delitieq̀ȝ nocent:
Cogimur a gratis animum ſuſpendere rebus
Atq̀ȝ vt viuamus viuere deſtitimus:

Qui diu nature ꝓſtrationem patiunt᷑ ↄtinuamq̀ȝ ac ſenſa-
tam virtutis reſolutionem ſponte euenienteȝ his ſenectus
inſtat. Quod etiam Poeta ſignificat dicens:

Sola iacens natura manet que ſponte per horas
Soluitur: ⁊ vitio carpitur ipſa ſuo.

Ubi quis ſponte nõ iuuatur a iuuare ſolitis ſenectus pro
xima denuntiat᷑. Unde

Non totiens experta ſibi medicamina proſunt
Non egris quicq̃ȝ ferre ſolebat opem.

Si alicui ſponte euenerit foꝛme mutatio. coloꝛis. cutis ari
ditas. neruoꝝ rigiditas. coꝛpis pꝛurigo: vt qui olim pleni
oꝛ ⁊ ſpecioſioꝛ ⁊ coloꝛatioꝛ. thabidus. defoꝛmis. decoloꝛa
tioꝛ ſponte fiat ſenectuteȝ adeſſe manifeſtum eſt: Senioꝛe
dicente:

Ipſaq; me ſpecies quondam dilecta reliquit
Et videor forme mortuus eſſe mee:
Pro niueo rutiloq; prius; nunc inficit ora
Pallor: ⁊ exanguis funereuſq; color
Aret ſicca cutis; rigidi ſtant vndiq; nerui
Et lacerant vnce ſcabida membra manus:
Iam pauor eſt vidiſſe ſenem nec credere poſſes
Hunc hominem humana qui ratione caret.

Ubi his paſſionibus quis ꝯflictet̃ quas ſeniorib⁹ vt plurimũ euenire in ꝓlogo dictũ eſt ſicuti ſunt diſpine. diſurie. cattarri. ſtrangurie ⁊ hmõi. precipueq; nocturnis vigiliis furialibuſq; ſomnis quis premat̃ ſenibus eueniẽtibus propter triſtitiã quã affert eis ſenectus vt ait Gal'. Quo in genere ſunt etiã ſupra ꝯſuetudinem tumultuoſa ſomnia ſenectus proculdubio inſtat: Dicente Poeta ſeniore:

Ipſa etiam cunctis requies gratiſſima ſomnus
Auolat: ⁊ ſera vix mihi nocte venit.
Uel ſi laxatos vnq; dignabitur artus:
Turbidus heu quantis horret imaginibus:
Cogor per mediam turbatus ſurgere noctem
Multaq; ne patiar deteriora pati:
Uincimur infirmi defectu corporis: ⁊ qua
Noluero infelix hac ego parte trahar.

Si ſponte quis grauetur ab his alimentis ſolitis que ſine alteratione notabili vim habẽt reſumendi corporis vires necnõ inedia ⁊ ſaturitate ledatur ſenectus metuenda eſt: Dicente Poeta:

Et me iamdudum cui nulla aduerſa nocebant
Ipſa quibus regimur nunc alimenta grauant:
Eſſe libet ſaturum: ſaturum mox eſſe pigebit
Preſtat vt abſtineam: abſtinuiſſe nocet:
Que modo profuerat contraria redditur eſca

Faſtidita iacet que modo dulcis erat.
In malis iam ſenem eſſe teſtatur: vbi ſpontanea vexetur triſticia inuidendo ea quibus viſus delectari cõſueuit. qđ etiam poeta ſentit dum ait:

Quid ꝙ nulla leuant animos ſpectacula rerum!

Si ſine cauſa cuipiam accidat leſio virtutũ exterioꝝ ſenſitiuaꝝ: ſiue ablata fuerit alicuius eaꝝ opatio diminuta aut corrupta ne in ſenectutem de ꝓximo incidat metus eſt: Poeta dicente:

Jam minor auditus: guſtus minor: ipſa caligant
Lumina: vix tactu noſcere certa queo:
Nullus dulcis odor: nulla eſt iam grata voluptas.

Ubi quis nequeat intueri obiecta viſibilia parua de ꝓpe que tamen aliquantulũ diſtantia poſſent intueri: ſi id ſine cã eueniat excepto etatꝭ defectu ſenectus eſt. debilis enim eſt ſenioꝝ viſus propter humidi paucitatem cuius cã vehementer mouetur a lumine vt docẽt peritiores. cũ ergo color in actu exiſtens lumen habeat ſibi annexũ ꝓpinqus minus eos alterabit vt nihil aliud videre poſſint: remotus ṽo cõmenſurabitur magis: quare ĩpreſſio erit imbecillior ⁊ non manſura. ait enim Poeta:

Si libros repeto duplex ſe littera findit
Largior occurrit pagina nota mihi.
Claram per nebulas videor mihi cernere lucem
Nubila ſunt oculis ipſa ſerena meis:
Eripitur ſine nocte dies caligine ceca
Septum tartareo quis neget eſſe loco.

Si cui aſſidue ⁊ ſine cauſa alia oculi lacrimantur ſenectã adeſſe teſtatur. dicente Poeta:

Quondam ridentes oculi: nunc fonte perenni
Deplangunt penas nocte dieqꝫ ſuas.

Opationũ mentis leſio trifariã dicta: diminuta vꝫ: albata

⁊ corrupta: alicuius precipue virtutum interioꝝ cogniti-
uarum ſpontanea: ob quam ſenes delirantes dicuntur ſe-
nectutis vitium eſt. ait enim Poeta:

Heu lethea ſenū ſubeunt obliuia mentem
  Nec confuſa ſui iam meminiſſe poteſt:
Ad nullum conſurgit opus cum corpore languet
  Atqꝫ intenta ſuis aſtupet ipſa malis.

Senectutis quoqꝫ inſtantis teſtis eſt mutatio moꝝ abſqꝫ
cauſa manifeſta cōſuetoꝝ ⁊ precipue cum maturitate ſiue
grauitate quadam: Sua enim vnicuiqꝫ tempeſtiuitas eſt
data vt inquit Cicero. vt enim infirmitas pueroꝝ ⁊ fero-
citas iuuenū ⁊ grauitas iam conſtantis etatis: ſic ſenectu
ti maturitatem ſeu grauitatem aſcribunt: leuitatem autem
puericie: Poeta dicente:

Exultat leuitate puer: grauitate ſenectus.

Stabilitas quoqꝫ ſm voluntates ſenectuti eſt propria: vt
Auicenna prodit. omnia autem hec mores concernentia
intelligantur qualibet etate naturam ſibi propriā ſeruāte.
Poteſt enim ex preuentōne ⁊ peruerſione etatum quaſi
monſtruoſe puer ſeniles mores habere: quam ſenilem iu-
uentam appellāt: que proculdubio premature mortis eſt
ſignum: vt Cato Cenſorius dicere conſueuit: Cōflicta-
ri continuatis longiſqꝫ languoribus tam corporis q̄ȝ ani-
me ſponte euenientibus ſenectuteȝ non metuendā modo
ſed timendam teſtatur. ſicuti enim ex vtriſqꝫ continuatis
nonnunq̄ȝ fiunt cani ſenectutem precipue comitantes vt
ſuo viſum eſt loco: ita ⁊ eiſdem fit velox quaſi precipitās
ſenectus. ea propter languorem ſenectutem acquiſitā ſi-
cuti ⁊ ſenectutem languorem naturalem appellant. vnde
⁊ Poeta ſic ait:

Hinc miſerū ſcabies: hinc tuſſis anhela fatigat
  Continuos gemitus egra ſenectus habet.

Hinc me ſolicitum torquent ſuper omnia cure
Hinc requies animo non datur vlla meo.
Querere que nequeo ſemper retinere laboro
Et retinens ſemper nil tenuiſſe puto.
Nec minus ſenectutem expectandā imo preſtolandā preſentemq; aſſeuerant: ſpontanea omniū rerū non conſueta ſuſpitione, credulitate, ⁊ delirationev erborūq; copia: dicente Poeta:
Stat dubius tremulusq; senex ſemperq; malorum
Credulus: ⁊ ſtultus que facit ipſe timet:
Laudat preteritos preſentes deſpicit annos
Hoc tm̄ rectum quod facit ipſe putat:
Deficit auditor non deficit ipſe loquendo
O ſola fortes garrulitate ſenes:
Omnia nequicq; clamoſis vocibus implet
Nil ſatis eſt horrent que placuere modo:
Arridet de ſe ridentibus ac ſibi plaudens
Incipit ob brobio letior eſſe ſuo.
Ubi ſine cauſa quis a quacunq; ſeu naturali ſiue nō naturali temporum anni varietate prematur hinc ſenectus eſt ita vt queruli ſenes dicant:
Jam pena eſt totum qđ viuimus: vrimur eſtu:
Ueris ⁊ autumni ledit amena dies.
Nos ledit modicoq; etiam corrūpimur eſtu
Officiunt nebule frigus ⁊ aura nocēt:
Et oīno ſenectutis note ſunt mutatio ſpontanea habitus greſſus: coloris: vt ſi ſponte emacuit colorem decoremq; amiſit. membrorum ꝯtractio ⁊ decrementū. totius corpis incuruatio: que oīa ſi ſeniori eueniāt ſuſpecta ſua bona hēre iam debet. ſi modo credimus Poete dicenti:
He ſunt primitie mortis: his partibus etas
Defluit: ⁊ pigris greſſibus ima petit.

Non habitus non ipſe color non greſſus euntis
Non ſpecies eadem que fuit ante manet:
Labitur ex humeris demiſſa corpore veſtis
Queqꝫ breuis fuerat iāmodo mihi longa eſt:
Parua licꝫ magnū palia pondus habent:
Contrahimur modoqꝫ miro decreſcimus ipſi
Diminui noſtri corporis oſſa putes.
Nec celum ſpectare licꝫ:ſed curua ſenectus
Terram qua genita eſt ⁊ moritura videt.
Fitqꝫ tripes prorus quadrupes vt paruulus infans
Et per ſordentem flebile ſerpit humū.
Hinc eſt ꝙ baculo incumbens ruitura ſenectus
Aſſiduo pigrā verbere pulſat humū.
Et numeroſa mouens crebro veſtigia paſſu.

Quibus oībus in ſenio apparentibus fere retro quaſi rui na quadā ſenes reuoluunť.fit enꝫ eo tūc q prius ſenex iā ſenetio factus caſſabundus.i.crebro cadens.

## De Preſcitis breuitatis atqꝫ longitudinis vite. Caput.vij.

i N primis illud precipue ſciendum eſt omnis mundane geniture ſortem ex planetis eorumqꝫ ſignis tanqꝫ ferrum ex lapide magnete dependere:vt Ptholomeus ſcribit. Ad vite itaqꝫ hominis extenſionem iudicādam vires aſpectuū ſiderū ipſorūqꝫ coniunctionem in fortitudine ⁊ debilitate diligenter animaduerti iubent. Duratio enim illoꝝ ad vitam hominis extendendam ſicuti ⁊ alioꝝ gñatoꝝ plurimū facit:lꝫ(vt lege creditur) hec illis oīmodā neceſſitatē nō īponant:cū eoꝝ in hͤ īferiora actio īpediri poſſit vľ ex libero arbitrio aut ex qualibeat alia diſpoſitōe mãe.ſciēs itaqꝫ duratōez aſpectuū oīm:oīmqꝫ cōiunctionū ⁊ vires oīm ſideꝝ in circulo celeſti exñtiū in pͥma bois ꝯceptōe de breuitate aut lōgitudie vite nati aliq̄

preſcire poſſet, vt tñ ad ea q̄ medico attinent accedamus Dicendū ꝙ cū ad vitam extendendam plurimū ꝯducant bonitas aſpectus celeſtis; vſus moderatus rex ſex nō naturalium; laudatiora alimenta; ⁊ complexionis perfectio; precipueqꝫ influentia membrorum principaliū ſup toto plurimū eſt nccia et eorum preſertim ipſius cordis, ideo omnia hec et maxime cordis proportiōem ꝯplexionalē animaduerti volunt ad ſignificandū vite longitudinē ſiue breuitatem, ab his itaqꝫ que rationi ſubſtantie ſunt inherentia non diſcedendo aſſeuerant peritiores; ꝙ hō in cuius cōplexione dn̄antur virtutes naturales actiue ſup paſſiuas cū ꝓportione actiuarum adinuicem ⁊ paſſiuarum inter ſe; ⁊ earundem ad actiuas; ⁊ adhuc iſtarum oium ad cor longioris eſt vite; nā vt dicebat̄ hois vita vl'r cordis ꝓportōez ꝯplexionalē ꝯſequit̄, ⁊ hui⁹ diſpoſitōis dicūt hoiez cui⁹ cōplexio eſt eucrata, hoibus nāqꝫ plerūqꝫ quorum viſcera ⁊ virtutes ſunt fortia eueniūt egritudines pniciose qbus prematuram mortem incurrūt, alij vō ībecillioris virtutis in vltimā ꝑueniūt ſenectutē lꝫ regimē eorum ſit ꝯſil'e, nōnulli etiā graui morbo vexati diu viuūt; vbi plurimi bone ꝯſiſtētie moriunt̄ iuuenes, Horum aūt in vita diuerſitatem varietati eorum in hac ꝯplexionali ꝓportiōe cū habundātia caliditat̄ ⁊ hūiditatis ⁊ dn̄io virtutū actiuarum aſcribūt, ꝑꝑ qͦ exiſtimāt q̄ꝫplures ꝙ ꝯplexio q̄ eſt ꝓpria in lōgeuo vite ſpacio aut in ſcīa medicine eſt ignota; aut difficile ſcit̄, ⁊ eā noſcē ſenſu eſt valde difficile; imo mag̃ rōe q̄ꝫ ſenſu ꝑceptibilis eſt, ⁊ iſta ꝓportio vt ait Auerrois eſt nāliter ignota, quid tñ ſit iſta ꝓportio ꝯplexionalis in antehabit̄, c, iiij, ſuo dictū eſt loco, Dixit aūt Aly Rodoan cui opio p̄cedēs reſiſtit; ꝙ hois calidi ⁊ hūidi ꝯplexio decent̄ ꝯſeruat̄: in eoqꝫ chimi equant̄; ⁊ euadit ab egritudinibus putrefactōis; et ex ꝯn̄ti natura eſt vite longioris hoie alterius ꝯplexionis,

humidiſſimi enim et calidiſſimi auctore Gal'.ſunt longe-niſſimi. neq₃ ꝓhibet vt peritiores affirmāt ꝯplexiõe₃ vite longioris habere opatiões minus ꝑfectas: imo eſſe egro tabiliorem ꝯplexione equali propter intempamentū in calido ⁊ humido.⁊ nihil minus ſub ea plus elongari vitam pp ab intrinſeco habere cām lõgitudinis vite.quare ſi cõplexio paulo in caliditate ⁊ hūiditate excedentior tempe rata euaſerit vt aiūt a putredinibus ad quas maxime du₃ iuueneſcit h₃ ꝓmptitudinē fiet cā extendendi vite ſpacij: ad quas tñ nõ eſt apta ꝯplexio que media eſt. bone nāq₃ ꝯſiſtentie hoīes nõ moriunt̃ iuuenes pp nõ hēre ꝓportionem illā ꝯplexionalē quā fingebat Auerrois: ſed propter peccare in eius cuſtodia:nūc vno mõ nūc vo altero.⁊ inde accidere egritudines ꝑniciosas nec iudicat medicus preciſe vite longitudinē:eo ꝙ nõ pendet hoc ſolū a cauſa intrinſeca ſed a cauſis ꝯſeruātibus ab extra.Ordinat aūt Aly Theoriā in hūc modū:Breuioris vite natura eſt hõ cuius ꝯplexio a principio eſt frigida ⁊ ſicca.deinde ſequitur ipm̄ in breuitate vite homo cuius cõplexio eſt frigida tm̄:deinde cuius ꝯplexio eſt ſicca tm̄:deinde cuius complexio eſt frigida ⁊ humida:deinde cuius ꝯplexio eſt calida ⁊ ſicca:poſtea cuius cõplexio eſt hūida tm̄:deinde cuius ꝯplexio eſt equalis; deniq₃ ſequit̃ eū ille cuius cõplexio eſt calida ⁊ hūida. Craſſos ꝑterea valde ſm naturam citius mori magis gracilibus Hipocrates tradit. ea propter laudat Gal'.ad vitā extendendā corpa nõ multū craſſa neq₃ plurimū macilenta: que ſi taliter ꝑſeuerauerit ad vltimā vſq₃ ſenectutem viuent.Auerrois tñ auctor eſt ſenes carnoſos magis viuere:qm̄ cā vbertatis carnis eſt caliditas ⁊ hūiditas. Amplius ſexageſimūterciū ꝑcipue vite annū que₃ ſcalariū ſeniorꝝ oīm Auguſtus appellauit maxie obſeruari volūt. exꝑtū enim eſt in multa hoīm me-

moria vt Aulus Gelius ingt:ſenioribus pleriſq eo anno oibus cũ periculo ⁊ clade aliqua venire aut corpis morbiq grauioris aut vite interitus aut animi egritudis. Eſt aũt dictus ſcalarius quaſi ſcãdarius a ſcandẽdo.i.abſcondendo: ſiue ſcalenon.i.gradatus.eſt enim gradus ad quẽ aſcendunt ſeniores oẽs. Adbuc hoies hñtes ptes q̃ ſunt ab vmbilico inferius verſus oſſa pectinis maiores q̃ ille que ſunt ab vmbilico ad pectoris concauitatem vt apud malũ granatum que eſt quedã ſcutalis cartilago facta ad cuſtodiã oris ſtomachi breuis vite ⁊ cũ malicia ꝯplexõis eoꝝ morbidos eſſe phyſonomi ꝓdunt: ventres enim eoꝝ ſunt frigidi propter paruitatem et ſtricturã eoꝝ ⁊ ſitũ: pp quod cibũ cõcoquere nequeũt: cũ ꝯcoctio calido pficiat: quo accidente ſupuacua plura cruda ex hoc generata in corporibus eoꝝ congerunt quoꝝ poſſeſſores languoroſi ſunt: eo q ſuperuacua illa ſunt morboꝝ cauſe antecedentes in cõiunctas facile tranſitura. Amplius obſeruatũ eſt in curuos humeris hoies lõgeue eẽ vite. Dentiũ q̃ȝ raritatẽ ⁊ eoꝝ debilitatẽ toti⁹ corpis imbecillitatẽ ⁊ vite breuitatẽ ſignificare. Qd audiendũ eſt vt in pluribus: poteſt nanq dentiũ raritas vt medici aiũt euenire ex paucitate materiei gñatõis. virtute tñ formatiua dñante q̃ cũ careat ſufficienti mã eligit potius raros dentes facere nõ extramittendo mãs in ipos vt ex ea principaliores fierent ptiũ. Adbuc ex debito regimie medicinali põt cũ raritate dentiũ ⁊ eoꝝ imbecillitate vita ꝓtendi. Neq ſiliter repugnat corpa celeſtia alicui nato annos longos donare cũ raritate ſuoꝝ dentiuȝ. Nõ aũt ſermonis Raſis cuius illud fuit ſignũ eſt: qa ex raritate dentiũ cognoſcit os vtriuſq mandibule fore depreſſuȝ ⁊ ꝯpactũ: ⁊ p ꝯñs oẽ os cranei eſſe ꝯpactũ ⁊ nõ poroſuȝ: p qd denotat humidũ nõ fuiſſe obediẽs ſufficient virtuti iformatiue capiẽdo extẽſiões vnde-

quacꝫ ⁊ figuratõez ipſius ſm illius imperiũ.pp qđ accid cerebrũ infirmari;eo ꝙ ſupfluũ ei⁹ et ſibi delatũ nõ poſſi plene expirare ad ex:q̇ retẽto cũ cerebrũ ſit nãliter hũidũ valde ⁊ mag̃ humectet̃ inde accidit p̃focari ⁊ putrefieri cito: ⁊ pp ꝓhibitã reſpiratiõez aſſociat̃ calidũ extraneũ q̃ duo ſũt putrefactõis cãe pfectiue. qđ aũt putreſcit nõ eſt lõge pdurationis. Hñtes p̃terea plures dẽtes p̃cipue plures q̃ʒ duos ⁊ trigita:vt in plurib⁹ lõgioris vite affirmãt. q aũt minores ⁊ ſine dẽtib⁹ vt in plurib⁹ breuioris. Auer rois auctor eſt paucitatẽ fellis ꝯſeq bonã tempantiã ⁊ vi te longitudinẽ. Qui ſermo apud quoſdã mirantes irridet̃ vt erroneus,erroris aũt cã eſt vt inqt Albertus:qa ꝯſide rauerũt quedã aĩalia hñtia ſoleas ⁊ vngulas ſic̃ ceruos ⁊ hmõi q̃ felle carẽt ⁊ diu viuũt.⁊ ſilr̃ ꝯſiderauerũt ea q̃ nõ hñt hmõi ſoleas ſic̃ delphinũ ⁊ camelũ q vngulas hʒ.hec eni diu viuũt. ⁊ nõ ꝯſiderauerũt alia aĩalia q̃ fel hñt ⁊ ſũt lõge vite.ſi eni iſta ꝯſideraſſent nõ dixiſſent priuatõez fellis eẽ cãm lõge vite:qa forte erit cã breuis vite ſi fel nõ expurget̃ de cibo:aut ſi nõ ſit fel pungẽs ĩteſtina.ex carẽtia eni vel diminutiõe fellis aut obſtructõe pori eius quẽ ad inteſtina porrigit nõnunq̃ʒ cauſat̃ colica. Recti⁹ itacꝫ eſt dicẽ epatis nãm cãm eẽ vite longitudis aut breuitat̃ qm̃ epar eſt membrũ principale in oibus aĩalibus ſanguinem hñtibus.epar eni eſt membrũ qđ hʒ talẽ ſupfluitatẽ fellis aut caret ea ⁊ alia mẽbra nõ hñt hmõi ſupfluitatez q̃ ſunt p̃ncipalia qm̃ necꝫ cor necꝫ pulmo nec cerebrũ hʒ fel.ipoſſibile eſt nãcꝫ vt fellea hũiditas ideo appropinquet cordi qm̃ cor nihil taliũ fortiũ infirmitatũ pati poteſt;epar autẽ eſt ex membris quibus indigetur vt talis ſit in eo ſupfluitas ⁊ ideo fel accidit epati tm̃. Ferũt Cirrũmantici prelõgos digitos vite breuis eſſe ſigna;ꝓtractionẽcꝫ linearꝝ apparentẽ interius p totã man⁹ palmã extenſarꝝ longeue

bis vo ꝯria brevioris. cām aūt aſſignāt peritiores: nā cū̄ iſte ſymetrice a virtute formatiua optime perficianꝭ in extremis longe a corde diſtātibus: ſignū̄ eſt ꝙ in ꝓpinquis exiſtens potentia multū̄ poſſit ſuper corpus influēdo vitā vbi aūt fuerit due breues ſignificaꝭ materia ex hūore inordinato ⁊ intermiato virtuti formatiue dn̄ari ſicq̄ʒ vite periodū̄ breviorem reddi; putreſcet enim ante tempus. Vitam q̄ʒ fidelem ⁊ longā virūq̄ʒ amabilē ⁊ famoſum ſignificare triangulū̄ eq̄laterū̄ in palma manus reſultantē ex tribus lineis magnis naturaliter ibidem protractis: vʒ ex linea que vadit per longitudineʒ vole dyagonaliꝭ cauſata ex curuatura pollicis ad vole interiora; ⁊ ex linea q̄ tendit in latū̄ cauſata ex curuatura indicis cū̄ alijs digitis ad domeſticū̄ manus incipiens a ſuperiori latitudine manus ⁊ ex alia linea ꝯſurgente iuxta radicem vole reſultāte explicatione pollicis verſus digitos ⁊ plicatione manus ad interius ſm longitudinem inter auctores ꝯuenit. Huius cām produ̅t: eo ꝙ haꝝ linearꝭ extenſio p totā manū̄ ⁊ dearticulatio manifeſta oſtendunt materiam ex qua manus et omnino totū̄ corpus fuerunt gn̄ata eſſe ſufficienter digeſtam temperatā vniformiter extenſionem recipienteʒ a virtute formatiua ſibi pfecte dn̄ante: nā ſi virtus formatiua ſic poſſit partes tā diſtātes a corde formare ⁊ dearticulate diſtinguere denotatur ꝙ eius eſt grandis potētia ſup cor ⁊ alia mēbra principalia in vitā influēdo ⁊ ꝙ manus apte ꝓportionanꝭ cordi cū̄ in ſuba etiā cordis exteriori ſit hmōi lineales ſectiōes veluti ſuturas iuenire: adeo ꝙ corda dearticuloſiora ⁊ ſectōibus manifeſtioribus diſcreta inſunt aīalibus magꝭ ſenſitiuis. tardis autem ſenſus minus ſunt articulata veluti porcis: vt ait Ariſtoꝭ. talis enim nālis potentia q̄ ſic manifeſtaꝭ in ptibus vitā cauſat ⁊ eius ꝯtinuatiōeʒ in longū̄ tp̄s. Quoꝝ aures ample ſunt

quos auritos appellant;ſtolidos eſſe ⁊ magne vite dicūt
Raſis q̄z auctoꝛ eſt ꝙ qñ hō ac ſi puer eſſ; intuetur atq;
tota eius facies ⁊ oculi ridere vident̄ letus eſt ⁊ diutur-
na potiet̄ vita. Hec ſunt que ex dictis ſapientū colligunt̄
In coꝛpibus itaq; ipis aliqua longitudinis et breuitatis
vite pſcita eſſe nō eſt dubitandū neq; vana ⁊ friuola hec
cenſenda ſunt cū eoꝝ cāe peritioꝛes aſſignent. quicquid
Plinius miratus Ariſtoteli imponat;imo nec dicta iā ſi-
gna verūetiam plumbeū coloꝛem pluresq; in manu inciſu
ras neq; ꝑpetuas;vite breuis ſigna eſſe.ecōtra vō longe
vite ſigna incuruos humeris ⁊ in manu vna duas inciſu-
ras hñtes peritioꝛes ꝓdidere. vt aūt iudiciū fiat ꝑ dicta
iā ſigna qa ſūt quedā ꝓꝑꝛietates hoīm ſine quaꝝ noticia
non facile quicq̄ pſagiri poteſt etiā in futurū;ideo vni ſi-
gnoꝝ dūtaxat incūbendū eſſe noluit; ſ; quoad fieri pōt ad
eoꝝ aggregationem intendendum ſi qñ ſignificationū ac
ciderit contrarietas.ipſaꝝ etiā virtutes ⁊ teſtimonia me-
tiri;deinde ad foꝛtioꝛes ipaꝝ declinare ⁊ eoꝝ teſtimonio
etiā qñ plures ſunt iudicare. eſt enim eoꝝ ſignoꝝ fides q̄
multo ſepius multoq; plures ſenes denunciāt. Audiri q̄z
inducta ⁊ que dicent̄ vt in pluribus. vniuerſalia eni; me-
dicine ac omnia que materiā concernūt ſenſibilem etiā in
cōmuni verificari ꝓdunt vt ad multū;cū hec ars ſit cōie-
cturalis cui neq; reſpondet plerūq; non ſolum cōiectura
ſed etiam experientia;cūq; ſepius aliqñ etiā reſponderint
interdū tñ fallunt nos;quo fit vt magis quid quiſq; pſua
ſerit ſibi appareat q̄ quod euidenter ꝯpererit.ꝑꝑ qđ etſi
ſigna ſumpta ex defectione virium anime ⁊ coꝛpoꝛis ſpō
tanea ſenectutem ſignificent. nō tamen neceſſario hec de
fectio cuilibet ſeni ꝯtigiſſe ferūt. Cirrus nanq; moꝛiēs vt
eſt apud Xenophontem gloꝛiabatur ſe nunq̄ ſenſiſſe ſe-
nectutem ſuā imbecillioꝛem factā q̄ adoleſcentia fuiſſet.

Quoſdã etiã decrepitos ſenectus nõ eneruauit necꝫ afflixit. ꝓ miraculo enim ⁊ id ſolitariũ aiũt repiri exemplũ Xenophilũ muſicũ ducentis ⁊ quincꝫ annis ſine vllo corpis incõmodo vixiſſe. iſthec nancꝫ viriũ defectio in ſenectute ſepius vt ait Cicero adoleſcẽtie vicijs efficit̃ q̃ ſenectutꝫ libidinoſa eñi ⁊ intẽpans adoleſcẽtia infectũ corpus tradit ſenectuti. Idẽ q̃ꝫ iudicandũ eſt de his q̃ aĩe actiones cõcernunt. manet enim in ſenibus ingeniũ dũmodo ꝑmaneat ſtudium ⁊ induſtria.

¶De neceſſario ſiue ineuitabili ſenectutis aduentu: homine per gradus etatis vſcꝫ ad mortem ordinate tranſeũte. Cap. viij.

Mortem beneficio aliquo natura euitari nõ poſſe aſſeuerãt: qm̃ nature hoīs ꝯditio locũ illi facit. generabile eñi omne aliqñ corrũpet̃ oĩno: iuxta illud Poete:

Ortus cuncta ſuos repetunt matremq̃ requirunt
Et redit ad nihilum quod fuit ante nihil.

Propterea ineuitabile eſt mori: adeo vt non ſit poſſibile inuenire medicinã ꝓhibentem a morte vllo mõ ⁊ ꝯſeruãtem vitã ſemꝑ: vt Haly Rodoan auctor eſt. Senectꝰ q̃ꝫ aĩalibus oĩbus ꝑ oẽs etatis gradus ad ſupremũ vite dieꝫ ꝓcedentibus ineuitabiliſſima eſt q̃tumcũcꝫ tempate nutriant̃ ⁊ cuſtodiant̃. ſenectutis eniꝫ thabeꝫ impoſſibile eſt deniqꝫ prohibere: auxiliari ṽo ⁊ in plurimũ extendere poſſibile eſt vt Gal̃. tradit: niſi forte inter miracula nãe ꝯriuꝫ huius ſit videre. ferũt nãcꝫ qbus in locis in die vmbre nõ ſũt hoīes viuere ãnos centũ ⁊ trigita nec ſeneſcer̃ ſ; vt medio euo mori. Omiſſis tñ his ceu ꝓdigioſis vt ad cõfeſſa tranſeamus verius ſentiendũ eſt cũ Rabi Moyſe ⁊ peritioribus: q ſenectutis aduẽtus ⁊ ſi tardari ꝓhiberi tñ nõ põt. qꝺ multifariã efficacicꝫ rõne aſtruũt ꝑitiores ex principijs nãe moniti ⁊ formati. Et in primis via ſumpta ab

extraneitate ꝛ diſſimilitudine nutrimenti a principio cor-pus aīalis ingredientis: qđ vtiq́ꝫ poſtq̄ꝫ adhuc mēbris in corporatum eſt aliquid extraneitatis cōtinet per tempus aliquod virtutes membroꝝ alterādo: cū omne agēs phy ſicū patiaꝛ in agendo: ꝛ oīe patiens aliquo mō agat. vir tutū aūt alteratiōes ſibi inuicē ſuccedētes mēbroꝝ orga-na ꝛ qualitates ꝯplexionales ꝯfundēdo et hebetādo eo-rundē etiā virtutes ībecilles efficiūt. qbus oībus ſepe ac diu ſibi ſuccedentibus necēum eſt ipm membrū p ſeniū pu trefactōem incurrere. Amplius ꝯpoſiti ex ꝯrijs quale eſt aīal oē miſcibilia ꝯponētia ſegregabunꝛ aliqñ: ad ſeinuicē diſtantia: ita vt leuia ſint ſurſum grauia vo deorſum ante quoꝝ ſegregatōeꝫ ꝛ actualē diſtantiā fiet ꝯplexiōis mixti diſſolutio eā paulatim eliquans: quare virtutes mixti et preſerti aīati ꝛ adhuc magꝭ pfecti adqualitates incipiēt retardari ꝛ p ſpaciū tpis impediri ſicq́ꝫ incurrēt qđ ſeniū dicimus. Amplius ꝛ ſic arguūt: nullū gñatoꝝ aīatoꝝ etiā ſi nutrimento nouiſſime aſſimilato nutrereꝛ euadere poſſꝫ quin ſm naturā ad finem exitus veniēs ſeniū incurrat. nō enī vniꝛ nutrimentū qualecūq́ꝫ fuerit nutrito niſi p calorē membri ſubſtantiam aperientem et ſubſtantiam nutrimēti diuidentem ꝛ per poros membri diſtribuentē. Omne aūt quod ſic calore ſepe diuiditur neceſſe eſt aliquo ſubſtan-tiali humido epotato inſpiſſari ꝛ indurari ꝛ quāto magis ipſum tanto minus eſt reſtaurationis ſuſceptibile. neceſſe eſt igiꝛ tandem ꝯtrahi ꝛ rigeſcere membrū ſubſtātiali hu-mido educto. Amplius caliditas aeris circūdantis aīalis corpus diſſoluit humidū educendo cū q̄ ꝛ calidū. quo fit vt membra interius arida remaneant et gelida: exterius autem humida aliena humiditate: et talis diſpoſitiōis eſt ſenectus vt in antehabitis dictum eſt. Amplius ꝛ ſic ani matum omne aut quieſcit aut moueꝛ. Siquidem primū ex

quiete complexionis frigiditas inualeſcit inſpiſſatq̄ ipſius humidū ⁊ calidum extinguitur ⁊ ex conſequenti mors in ducitur ⁊ diſſolutio:quoꝝ omniū ſenectus eſt preuia. Si vͦo mouetur tunc ex frequenti motu accendit calor q edu cit humidū coopante ad hoc calore etiā circundātis ſene ctutē inducēdo. Amplius nō pōt aīal vacare a motibus q p aīales virtutes exercent:ceu ſunt imaginari.ſentire.co gitare.⁊ hmōi:q diſtrahēdo ſpūm ⁊ calorem ad extraneū reſoluūt humidū ⁊ inducūt ſeniū. Ampliꝰ ⁊ ſic arguūt:ſic aīal quodcūq̄ in ſua ſpecie tempatū p aliq̄ tpe corrobo rat in virtute ſi ꝯueniētia obſeruet:ita ⁊ eiuſdē eodē dire cti regimie reddit aliqn virtus ībecillior:nā queadmodū acceſſu caloris nālis ad mēbra fit augmentū ita ⁊ receſſu eiuſdē decrementū quo tpe minor fit in eo reſtauratio q̄ꝫ reſolutio nā equale eſt tp̄s gn̄atiōis ſubalis tpi corruptio nis ⁊ ſenectuti q̄ recte corruptio appellat:quia ſemita eſt in corruptōeꝫ cuiꝰ cā eſt defectus nāe ab intrinſeco eo q̄ virtutes hūane tpe receſſus caloris a membris incipiūt a tota ſpecie debilitari.ncc̄e eſt itaq̄ꝫ aīal quodcūq̄ꝫ ſeniū in currere aliqn ſi ꝯueniētia obſeruet nō ipeditū. His itaq̄ꝫ ⁊ alijs q̄ꝫpluribus rōibus vtunt phi ad ſenectuti ncc̄itateꝫ demonſtrandā:vt tn̄ medico attinet alia via procedendū eſt.cū eni ſciaꝝ pticulariū principia:q̄lis eſt ſcia medicine credita recipiāt.ipa q̄ꝫ ars medicine caꝝ reꝝ ꝯſideratōeꝫ nō trāſcendat q̄ mām ꝯcernūt ſenſibilē eo q̄ radix ōis de monſtratiōis ſenſus eſt vt ait Gal. ⁊ in illo quod a ſenſu egredit nō eſt medicine ꝯſideratio: nā intellectus medici ſenſibilit pquirit fere vniuerſa.ideo ſenectuti ineuitabilita tē q̄ꝫtuꝫ medico attinet figuralr tn̄ cū Gal.tali ſuadēt rōe Opa nāe vniuerſa ineuitabilia ſunt ordinem generatiōis ncc̄io hn̄tia: ſenectus aūt etſi nō ſit ita ſm nām ſicuti ea q̄ opa ſūt nāe ſicuti nutriri ⁊ augeri:eſt tn̄ pculdubio ex ne

ceſſitate nature conſecuta.nam ſenectus ⁊ quicqd eā cō⸗
comitat̄ n̄aliter aduenit cū nihil ſit taꝫ ſm nām q̄ꝫ ſenibus
emori vt inquit Cicero. ſi enim ſenectus nō eueniret na⸗
turalit̄ poſſet viuens ab ea p̄ſeruari ſicuti et a morbo p̄ſer
uat̄:qḋ eſt falſuꝫ.ideo neccio ſenectus ſequit̄ ex opibus na
ture. Quadrat itaqꝫ neceſſitas vndiqꝫ nullū aīal oīno per
decurſum ſuaꝝ etatū ꝓcedens vſqꝫ inuentū iri poſſe inſe⸗
neſcibile. Nō īmerito itaqꝫ Gal.reprehendit delirū illum
ph̄m ſenem qui libruꝫ edidit oñdens qualiter poſſit quis
inſeneſcibilis ꝑmanere ip̄mqꝫ tradidit cū eſſꝫ iā quadrage⸗
narius. Extenſus aūt ph̄s ille ad annū vſqꝫ octuageſimū
admonitus iam vt ſarcinas colligeret anteq̄ꝫ ꝓficiſceret̄ e
vita:vt.M.Varronis verbis vtar: eius vult⁹ adlibuſcit
ſiue liuidus fieri incepit gracilis ⁊ ſiccus factus fuit adeo
luridus deformis ⁊ tetrus diſſimiliſqꝫ ſui arida pellis cu⸗
tis: genis pendentibus : talibuſqꝫ rugis qualis in vetula
ſcalpit iā mater ſimia bucca:vt ei merito coaptaret̄ facies
hypocratica.naſus enim eius erat acutus.oculi concaui.
collapſa tp̄a.frigide aures languideqꝫ ⁊ contracte.pulpe
auriū inuerſe.cutis frontis ſicca circūtenſa arida. Qui ſe⸗
nex ph̄s deriſus nō auſus eſt deiceps docere:ꝫ ſeip̄m cor
rigens editiōem aliā tradidit quā de admirabili inſeneſci⸗
bilitate nūcupauit:in qua dixit non oēs poſſe inſeneſcibi⸗
les ꝑmanere ſed optime a natiuitate cōſtructos ⁊ ab ip̄o
procuratos īmortalia eoꝝ corpora facere velle.

¶De incerto ſenectutis termino Cap.ix.

i N aīalibus ſanguinē h̄ntib⁹ ⁊ greſſibilib⁹ lōgiſſime
vite hoīeꝫ ⁊ elephantē dicūt. hoīs aūt de q̄ p̄ns ex
tat ſermo lꝫ etatꝫ curſus certus ſit:vnaqꝫ via ⁊ ea ſimplex
Nō eſt tn̄ certo dieꝝ neqꝫ annoꝝ numero p̄ciſe dare ſpa⸗
ciū vite ſicuti neqꝫ ſenectutē nec alias etates niſi ſm lati⸗
tudinē quandā.ea enī oīa incerta fecē nō locoꝝ mō ſitus

vt in ſequētibus dicet̃.c.xv. verūetiā ſua cuiqꝫ ſors naſcē di viuēdiqꝫ vſus vt pitiores ꝓdūt. calidū.n.nāle oio:ſiue etiā calido innāli ꝯmixtū diuerſimode afficit humidū nāle variatū his rebus q̄s medici nāles vocāt.ſ.elemētis.hūo rib⁹ naturis q̄s ꝯplexiōes dicūt.mēbris.virtutib⁹.opatōi bus.ſpiritib⁹.ꝛ que eis ꝯtinuant̃. diuerſificatū etiā his re bus q̄s ipi nō nāleſ dicūt:aere vꝫ.cibo ꝛ potu.motu et qe te.ſomno ꝛ vigilia.inanitiōe ꝛ repletiōe.ꝛ accñtib⁹ animi cū his q̄ iſtis annectunt̃.variatū q̊ꝫ rebus p̄ter nām ꝛ ex̄ neis q̄s medici morbū.cām.ꝛ accñs morbi appellāt.Am plius ſicuti fere peritiores medicoꝝ cōſenſere poteſt vna quecꝫ etas ꝓlōgari ſicuti ꝛ mors retardari beneficio ſcīe medicine circa corpus hūanuꝫ opātis. nō eſt igit̃ ſenectu tis ſicut nec alteri⁹ etatꝫ aſſignare terminū ſimpl'r imo nec ēt vite.qꝺ de etate in p̄mis aſſeuerat Gal'.i his verbis:ex craſi frigida ſeneſcim⁹:hi qdeꝫ celerius: alij v̄o tardi⁹ ſm ꝙ a principio natiuitatꝫ ꝯtingit hr̄e craſim vel adiunctōeꝫ vel dietā vel egritudinē vl' ſolicitudinē vel qd tale ſiccati īmoderate.Quidā.n.ꝓfeſti poſt trigeſimū annū hn̄t prici piū declinatōis.qdā v̄o poſt qntū ꝛ trigeſimū. mutatio ēt in vnoquocꝫ hoīm cū ſit diuerſa nō eſt poſſibile vt inueni at̃ oībus eis ſm veritatē ſpatiū vnū qꝺ ſit cōe eis.multoꝝ enī hoīm iuuētus pueniт pp ꝯplexionē primā ꝛ pp diſpo ſitiōes diuerſas ad quas pmutat̃ corpus pp accñtia q̄ ac cidūt ei aut pp mutatōeꝫ ꝯſuetudis in medio ſpacio inter duos terminos. Senectutꝫ itacꝫ nullus eſt certus termi nus.de periodo aūt ſeu termino vite icerto ꝯſentiūt pitio res.q enī dicunt ꝙ dies hoīs ſunt numerati viā medicoꝝ ignorantiū ſequunt̃ vt ait Auerrois:cui ꝛ Cicero ꝯſentit in his verbis: Moriendū cert e eſt ꝛ id incertū an eo die iux̄ illud:Nec mors hūano ſubiacet ipio.Jd ēt rōe aſtrui pōt:nā vt dicebat̃:poteſt mors ſicuti ꝛ ſenectus retardari

Qui eniꝫ ſanatiuã ignorant dietã vt inqt Gal. decens eſt citius ꝙ ſm nature rõem mori. ⁊ per oppoſitũ diutius viuere. qđ profecto fieri nõ poſſet ſi prefixus eſſet certus vite terminus. ordinatur nãqꝫ dieta ſanatiua ſiue ars ſenuꝫ reſumptiua ad vitam extendendã mortem ⁊ ex ꝯſequenti ſenectutem retardando qua docemur calidũ innatũ ⁊ humidũ radicale que vite ſunt principia ꝑfectiora cõſeruari ac vigoroſiora ꝓportiõem eoꝝ multo tꝑe ꝓlongãdo aut humidũ gñando ſufficiens calidi fomentũ educendo ſupfluũ aut alterãdo ⁊ ꝯtempando. nec methodus reſũptiua vana eſt: fruſtra. n. dicimus calciamentũ cuius non eſt calciatio vt tradit Ariſto. Huic tñ ſnĩe nõnullis auctibus oppoſitũ eius figuraliter ſonantibus obijciunt. Et primo ex Ariſtotele dicente ꝙ tempus ⁊ vita vniuſcuiuſqꝫ numerũ habet ⁊ hoc determinatũ. oĩm. n. ordo ⁊ omne tempus ⁊ vita periodo menſuratur. periodũ autem vocant tempus durationis rei que eo modo quo eſt determinata reuolutionibus celi quibuſdam terminatur. ⁊ ꝑꝑ hoc dicit̃ periodus quaſi circularis menſura a Pari qđ eſt circũ ⁊ yd⁹ qđ eſt modulatio ſiue ꝯſonantia. Amplius ex eodem obijciũt dũ inquit: Rõnabiliter tꝑa oĩm geſtationũ ac vitarũ menſurari volũt ſm periodũ. Adhuc inducũt verba Job dũ inqt: Conſtituiſti terminos eius qui preteriri nõ poterunt. Amplius ⁊ eã que eſt Auicenne ſnĩaꝫ: Vnũquodqꝫ indiuiduoꝝ terminũ prefixũ habꝫ qđ in eis diuerſificatur ꝑꝑ ꝯplexionis diuerſitatem. ⁊ hoc totuꝫ diuino prouenit precepto. Quibus omnibus reſiſtẽdo ſcire oportꝫ ꝙ vite extẽſio. periodus. ⁊ terminus viuentis cuiuſlibet: vl' ſumit̃ penes ꝯplexionẽ ſpeciei illi conuenientẽ: vel ſumuntur penes modos illius ꝯplexionis ſpecifice: vel penes modos ꝯplexionũ idiuidualiũ. ſi qdeꝫ pmo mõ dicendũ eſt ſimpl'r vite terminos ⁊ ꝑiodũ eo mõ ſũptos nõ poſſe ꝓtellari ſic

nec complexio illa ſpecifica ſtāte vita poteſt ꝑmutari in cō plexionem q̄ debeť vt ꝓpria alteri ſpēi viuentis:ſicut eniʒ homo in elephantē ꝑmutari nō poteſt:ita nec ꝯplexio illius in ꝯplexionem alterius.nec termini in terminos.Cunctis nāqꝫ hoīb⁹(qa vnū ſunt natura ⁊ ſpecie) quantū eſt ex ꝑte ſpēi humane ⁊ ꝯplexionis illi debite quam ſpecificam appellant ꝯuenit ꝑiodus vna. Propter qđ recte dr̄ q̄ abſolute loquendo quantū eſt ex ꝑte circuli celeſtis hōi nō mō ve℞ etiā ⁊ cuilibꝫ ſpēi ꝯpetit ꝑiodus vna ꝓpria alteri ⁊ alteri ſpēi.Si v̄o ſermo ſit de terminis vite ⁊ ꝑiodo mō ſecundo ꝯſideratis. Pñt vtiqꝫ vite termini ⁊ ꝑiodus ꝓlongari.poteſt,n.vt dicebať cōplexio deterior ceu colerica in ꝯplexionem ꝑfectiorē veluti in ſanguineā aut in tp̄atam ꝑmutari.quare nihil ꝓhibet terminos vnius ⁊ ꝑiodū in alterius terminos ⁊ periodū ꝑmutari. Saluať nāqꝫ humana ſpēs in mā cū diuerſis modis ꝯplexionis eius ſpecifice quo℞ alĳ alĳs ſūt ꝑfectiores cū q̄bus maiore vite ſpacio eſt nata ꝯſeruari forma ſpecifica in mā.ſumpti nāqꝫ termini mō tercio nō pñt vite termini alicuius indiuidui ſubſtātialis g̃nabilis ⁊ p̄cipue hoīs variari:nā ſicuti īdiuidui vnius ſpēi in eiuſdē ſpeciei indiuiduū aliud.impoſſibilis ē primo tranſmutatio.ita ꝯplexiōis vnius indiuidualis quā occultā dicūt in ꝯplexionē occultā alterius ⁊ termino℞ viꝑte eas inſequētiuʒ ⁊ ꝑiodo℞ in adinuicē impoſſibilis eſt ꝑmutatio.Sunt aūt iſte complexiones indiuiduales p̄parationes ille occulte:de quibus in antehabitis cap.iiii.⁊.vĳ determinatū eſt.Nec diſſonant preparatiōes iſte a virtutibus celeſtibus dominantibus nato:cū he ſint vt dicebať earum effectus.Rōnabile enim eſt q̄ ſicuti indiuidua humane ſpeciei ſub alia ⁊ alia ꝯſtellatione oriuntur:ſic alia ⁊ alia periodo menſurenť. propter quod Aſclipiades ſtatuta vite ſpacia a ſtellis accipi dixit.Auctoritates itaqꝫ due

prima ex Ariſt. inducte audiant de terminis vite ꝛ periodo cōmunibus latis ꝛ ↄplexionem ſpecificā ↄſequentibus Exiſtimauit enim Ariſt. periodū quam dixit determinatā vnicuiqꝫ ſpecici eſſe, nō quidē anguſtā neqꝫ preciſam neqꝫ particularem: imo vagā ꝛ indeterminatam. Datur nanqꝫ temp⁹ determinatum incluſiue aut excluſiue quod debet ſpeciei humane vltra qđ nō poſſet homo naturaliter obſeruato quocunqꝫ ꝛ quolibeat regimine ↄſeruatiuo aut reſumptiuo arte vel natura viuere, ꝛ tale vt recte dicitur eſt minimū tempus per quod aliquis homo nō poteſt ꝑdurare, nō enim extendit hoīs vita vt homo eſt ſexageſimo ſolum anno, neqꝫ vt aiunt his tꝑibus ducenteſimo protellatur anno. Sed inter hos duos terminos latos reperit vita humana diuerſimode terminata. Hunc aūt vite terminum homini abſolute aſſignāt nō autem homini inquantū hic homo: cuius vt ſic, alia eſt vite ꝑiodus inſequēs eius complexionem manifeſtā ceu ſanguineā colericā equalēꝫ ꝛ hmōi: variabilis ſm longum ꝛ breue. Alia vͦo periodus conſequens complexionem eius occultā oīno prefixa inmota permanēs ſuis inixa principiis ſcꝫ menſure caliditatis ꝛ humiditatis ex principiis generatōis acqſite ꝛ oīno hec periodus eſt mēſurās peruentōēꝫ naturalē huius hominis inquantū hic homo ad vltimū frigiditatis ꝛ ſiccitatis: q̄ periodus ꝛ vite termini illi correſpōdēs preteriri nequeunt: de quibus due vltime auctoritates inducte accipiende ſunt ꝛ tale ꝓculdubio eſt maximū tempus ꝑ quod hic homo inquantum hic homo cū hac tali complexione poteſt in vita perdurare.

¶ Quod Senectus diſpoſitio quedā preter naturam ſit appellanda ꝛ etiā naturalis. Cap. x.

c Um corpus ab optima deficiens ſanitate labat vt ait Gal. vl' qa ab initio male ↄſtructus eſt fetus: vel

quia poſtea ex cauſa aliq̃ ad p̄ter nām ꝑuenit diſpoſitōem
vel etatis rōne hoc vltimo mō ſenectutem diſpoſitōe3 pꝛe
ter nām dicūt.Eſt enim diſpoſitio ab equalitate deficiens
abſolute nō mō imo ⁊ ad iuuentutē adoleſcentiāue relata
quas q̄dem ſequit̄ ſpes.ad ſenectutē v̄o moꝛs ad eas q̊3
etates nō pōt quauis via ſenex retrocedere l3 velocitas
lapſus eius vt cunq3 poſſit retardari.Senectus p̄terea diſ
poſitio pꝛeter nām appellata eſt eo q2 ſenis ſanitas nō eſt
reddēs opatiōes ꝑfectas ea ꝑfectiōe qua ſanitas iuuenis
cuius ſignū ē q̄a facilius ſaneſcit vulneratus puer vel ado
leſcēs q̄3 ſenioꝛ ꝑꝑ nālem lapſum etatiuū.Ideo pueroꝝ ſa
nitas ſine querela eſt vt ait Gal'.cū querela v̄o eſt ſanitas
ſenū.ſm enim vniuerſos actus nullū validū habet ſenex.
Propter qꝺ recte dictū eſt ab Ariſt.ſenectutē ⁊ oēm im-
potentiā imbecilles facere.Ideo eā diſpoſitōe3 neutrā de
cidētie nōnulli appellāt. alij languoꝛē nālem. veteres aūt
eam ſimplicit̄ etatē malā: ſicuti adoleſcentiā etatem bonā
appellare ꝯſueuerūt.Abſolute tn̄ ſenect⁹ ē diſpoſitio nālis
qtūs ab aliq̄ pꝛincipio intrinſeco efficit̄.Seneſcē.n.ſm na
turā ē vt tradit Ariſtoꝭ.Corpus q̊3 ſenile dū ſe h3 ſm na-
turā eſſe ſanū ſanitate q̄ illi debet̄ etati ſimplicit̄.aut vt nūc
dicūt ꝑitioꝛes.Amplius ſenect⁹ eſt paſſio ex nec̄citate nāe
cōſecuta:vt in añhabitis dicebat̄.Conſeq̄t̄ nāq3 actione3
pꝛincipioꝝ intrinſecoꝝ ⁊ nāliu3:calidi v3 inati in humidū
radicale.Adducētes itaq3 artē ſenectutis reſumptiuā erit
vt in pluribus ſermo de ſenio ⁊ de fine pꝛime ſenectutis q̄
ianuā iam pene vltime ſenectutis pulſat illiuſq3 ſapit nā3.
frequentiuſq3 de ſene maſculo ceu de nobilioꝛi ⁊ foꝛtioꝛi.
Eſt enim mulier maſculus occaſionatus cui in ſenectute
moꝛbū anatem euenire aiunt .i.moꝛbū anū ſeu vetularum
ſicuti ſenium moꝛbū ſenū. Mares ſiliter in omni aīalium
ſpecie ſunt foꝛtioꝛes pꝛeterq̄3 in pantheris ⁊ vꝛſis vt Pli

nius ſcribit. ⁊ femella vniuerſaliter imꝑfectioꝛ eſt mare vt tradit Ariſt. pꝛecipue tñ in ſpecie humana. imo nulla virtute videt̃ ꝑticipare niſi q̄ eſt pia: faciliuſq̃ vitã ꝓtellari produnt in hoĩe mare q̃ in femina. ꝓpter marem melius nutrimenta digerere ⁊ ſuperuacua expellere: ſicq̃ diutius viuere. eius quoq̃ humidũ eſt minus aqueũ ⁊ calidũ cõmenſuratum magis: q̄ longeue vite eſt cauſa. Et ob eam cauſam maſculũ fere ſemper eſſe longioꝛis vite q̃ femina in quacũq̃ ſpecie niſi fuerit coitiuus ſcribit Ariſt. Coitiua nanq̃ ⁊ multi ſperma ſeneſcũt celerius. Ea ꝓpter mulus equo ⁊ aſino ex q̄bus genitus eſt longioꝛis eſt vite: ⁊ paſſer̃ maſculi bꝛeuioꝛis ſunt vite femellis. Erit pꝛeterea ſermo pꝛincipaliter de ſene nõ culpate ſano. ad ↄmenſuratam enim ↄplexionem referre ſermonem dignũ fecere medici ſemꝑ ẜm tractatus oẽs ⁊ in regimine magis ſanatiuo. Ex hoc. n. hñi poterit quali regimine reſumẽda erunt coꝛpa ſenũ lapſa ea nãq̃ q̄ nocent ſanis nocent egris vt inq̄t Gal. Quecũq̃ aũt in hac gerentocomia adducentur extendende ſenectutis ⁊ vite auxilia tantũ erunt vt iuuantia nõ piacula. vita enim nõ adeo extendenda eſt auctoꝛe Plinio vt quoquo modo pertrahenda ſit.

¶ De intentione Gerentocomi in regendo Senes. Cap. xi.

Etardandam eſſe ſenectutem ẜm ſemitam reſumptionis non aũt ↄſeruatiõis pꝛioꝛes iubent. nã methodus conſeruatiua in ear̃ rer̃ adminiſtratõe conſiſtit q̄ ſenectutem pꝛopꝛie conſeruãt ad eum vſq̃ vite terminũ qui debet̃ ſeni ẜm eius ↄplexionem primam. ⁊ hac via nõ põt vite ſpaciũ extendi vltra id quod ↄplexioni pꝛime debet̃ indiuidui: ſed vitam nitit̃ ſenis conſeruare eamq̃ ꝑducit ad vltimũ vſq̃ vite terminum naturalem ſi conuenientia obſeruet. Ea pꝛopter vita conſeruatiua ceu difficili non

ſuccesserunt peritiores in regendis ſenibus vt in ꝓlogo di
ctū eſt. cum enim ſenectus frigida ſit ꝛ ſicca eſſētialiter:
conſeruatio aūt fiat per ſimilia eēnt ſenibus approximan
de res frigide ꝛ ſicce ad eoꝝ ſenectutis ꝯſeruatiōez quaꝝ
tn̄ vtraqꝫ incōueniens eſt ſenectuti ꝛ eidem q̄ꝫmaxime no
xia:tū primo quia frigida obſunt ſenibus;ex eis nanqꝫ cō
feſtim generatᷣ flegma in ventre ꝛ venis eoꝝ: vt ait Gal'.
tū etiā quia ſicca non ſunt ſenibus vtibilia. cuius ſignum
eſt q̄ꝺ ſi aliqn̄ ſiccis rebus ad eoꝝ ſanitatis cuſtodiā vtā
tur ſenes actu ſaltem eſſe volūt humida vt penetrabiliora
fiant ꝑ meatus iā quaſi a frigiditate ꝛ ſiccitate cōtractos
Qm̄ aūt oīs imoderata diſcraſia leditᷣ ſuo ſimili et iuuatᷣ
ſuo contrario vſu moderato. ſenectus aūt eſt nō mō mala
complexio frigida ꝛ ſicca verūetiam eſt magnū in corpe
ſiccitatis dominiuz vt inquit Raſis; ideo ſenectuti p̄ſunt
arte reſumptiua que eo clarior habita eſt arte ſanitatꝭ cō
ſeruatiua quo ipſa vt ita dicā paregorizando. i. demulcen
do ſenecte reſiſtit incremento ꝛ ita ꝓhibet acceleratiōem
ſenectutis ꝛ mortis vltra id quod prohiberet ars conſer
uatiua in eodem: reſiſtuntqꝫ eoꝝ ſiccitati cum his que hu
mectant: in caliditatez tamen plurimū non elatis melius
nanqꝫ ꝛ facilius enutritur ab illis corpus ſenile q̄ꝫuis na
ture ſenum non ſint omogenea. nec eſt ars reſumptiua ſe
nectutis illius curatiua: qui enim reſumitur alio regimine
indiget non curatiuo ſicuti Gal' ait: nō enim egrotat. neqꝫ
eo q̄ꝺ eſt ſanoꝝ: nondū eniz eſt perfecte ſanus. in eis eniz
aſſūmi nequeūt que ꝛ q̄lia aſſumuntᷣ in ſanis. neqꝫ eſt ars
reſumptiua ſenectutis illius ꝯſeruatiua: fit nāqꝫ ꝯſeruatio
per ſimilia reſumptio v̄o ꝑ ꝯ̄ria: quo ſit vt ꝑ methodū re
ſumptiuā ꝓculdubio ſenectꝰ ꝛ mors poſſint retardari dū
tn̄ poſt reductōez obſeruentᷣ p̄cepta artis conſeruatiue in
eodem; nunq̄ꝫ tamen ſiue paulatim ſiue ſubito omiſſis his

pulrimū ſalubre qa magis alibile in cuiꝰ nāꝫ celerius ꝯuer
tit̄ cuius vires ſunt. ſanguinem laudatū nāe equalis cū fa-
cilitate p̄bere. orificia venaꝝ aperir̄. humiditates diſſoluē
eaſqꝫ ex ꝓfundo corꝑis euellere. cacochimiā corpoꝝ ſcin-
dere. expurgare. per poros cutis expellere. venaꝝ ſordes
optime detergere. putrefactionē ⁊ corruptionē carnis ꝓ-
hibere. oculoꝝ caligini aduerſando mederi: lꝫ rebꝰ ſtoma-
cho alienis annumerari debere Cel. viſum ſit: laudatiꝰ oī
alio melle ē vernale. ad rubedinē decliue. ex fauo ſumptū.
oꝑe apū flores amigdalinos paſcētiū elaboratū. vere dul
cedinis. cū aliq̄li acuitate. nā mel ſardū ideo amarū ferunt
qa ex copia abſinthij apes eo veſcunt̄ qđ ſi mel cū alijs ēt
erit guſtu delectabile. odoris boni. colore paleari. clariſſi-
mū. viſu penetrabile. cuiꝰ liquor ſit medius int̄ groſſum ⁊
tenue. nō viſcoſus. q cū diſtillat̄ vnitus deſcēdat. abſqꝫ ſci
ſione ⁊ ꝑtiū ſeꝑatōe. in aq̄ decoctū eo mō minoris calidi-
tatis effici atqꝫ abſterſionis mordicatōiſue. ceteris tꝑati-
uis. ſaporoſius. ⁊ humidius. ⁊ mel atticū. i. regionis ſicilie

precipue laudauere grecoꝝ auctores. M. tñ varro ad vi-
ctũ optimũ ferre mel agrũ tarentinũ affirmat. qđ ſi hñi nõ
poſſit alio vtendũ eſt nõ grauit' olẽte neue cere q̃litate in
eo ſenſibilit' ⁊ multo magis neq; alteri⁹ extranei apparẽte
Repellendũ qđ acuti eſt odoris: qđ viſcidũ appellant. i.
mordicatiuũ linguã pungẽs: ita vt ſternutare faciat. vene-
nũ. n. eſt cuius odor ſolus v̉tutis rõnalis opationẽ aufert
alienatõem atq; ſudorẽ frigidũ adducit. q̃to magis ꝯman
ducatũ. eius curã ferũt eſſe ſalitos piſces ⁊ mellis aquã
epotã cũ vomitus citatõe. Conſuetũ eſt mel abſq; aqua p
coqui ꝯtinuo ab eo ſpumã auferendo ſicq; minoris reddi
tur acuminis. cuius v̉tus vicina eſt ei qđ aqua ꝯcoquitur
vrinã tñ nõ mouet neq; aufert. ſic enim ſeſe regebat ſenex
ille Antiochus medicus grecus panẽ edẽs cũ melle atti-
co ſepiſſime qdẽ cocto rari⁹ v̉o crudo vt Gal'. ſcribit. con-
dita ex melle virtute mellis fere iudicari volunt.

## De Zucaro. Ca. xxxij

5 Zucarũ arundinis in magnis laudibus habitũ eſt in
regimine reſumptiuo veluti nãe humane gratiſſimũ
tot modis tot conditturis. Id ſaccaron Plin. appellat. cu
ius caliditas minor ẽ ea q̃ mellis eſt apũ. minoriſq; abſter-
ſionis atq; acuitatis. eiuſq; nãm calidã in p̃ncipio gradus
primi decliuẽ ad hũiditatẽ gradus p̃mi poſuere. laudatũ
eſt ex eo q albiſſimũ eſt in regimine reſumptiuo in oĩ tpe
atq; in oĩ habitata regione p̃cipue qđ reſultãs eſt ex deco
ctõe arundinũ ex quaꝝ meditulio ꝯflatur ⁊ eſt ſucci illius
pars p̃ma laudatiſſima poſt infrigidatõem collecta zucarꝫ
dicta taberzet ſiue caphiti. Ei⁹ vires ſunt ſanguinẽ nõ ma
lũ dare. corpus depurare. renib⁹ atq; veſice ꝯferre. ipmq;
eẽ ꝓpinquũ cibo ⁊ in eo eẽ aptionẽ ⁊ abſterſionẽ Auic. au
ctor eſt. ⁊ oĩo in ſuis opatõibus melli apũ attinet. Qđ etſi
ſitim adducat ⁊ colerã excitet ſicuti ⁊ mel apũ: minus tñ

eo pluriſq; alimenti eſſe affirmāt cuius noticia vſuq; fre-
quentiore caruerunt priſci grecoꝝ peritiores melle apum
magis vtentes. Cū granatis mulis zucaro veſci precipit
Albuchaſis ne ſitim neue colerā ꝯmoueat. quod ſi coqua
tur ꝛ deſpumeť caliditatem extinguere. ſitim. tuſſim. egri-
tudineſq; ſtomachi. renū. ꝛ veſice ſedare affirmat.

### De Cana mellis.

e A eſt arundo cuius nodi ꝓpinqui ſunt. ex cuius me
ditulij ſucco dū in vaſa reponiť liquor emanat ſubti
lis dulciſſimus qui mel cane diciť ad modū quo ex vuis
nondū calcatis humor effluit. Deinde ex hmōi canaꝝ de
coctōe eis in frigidatis colligiť zucarū albiſſimū. Poſtea
ꝑcoquiť ſecundo ꝛ exprimiť ꝛ q inde fit panis zucari diciť
Tercio puluis ꝯſurgit citrinus q ex zucari vlteriori deco
ctōe in colore intendiť. Hec itaq; cana mellis ex qua tāte
virtutis ꝛ p̄ſtantie humane nāe accōmoda alimonia ſimul
ꝛ medicina effluit plurime eſt ſuccoſitatꝫ ꝛ dulcedinis hu
morē affert tꝑatuz. regimini reſumptiuo perq̃ʒutile p̄cipue
ſenib⁹ nāe frigide in oī tꝑe quo cana mellis reperiť ꝛ in oī
regione. quia tū ventoſitates adducit cū decoctōe aliq̃ re
rū calidaꝝ ventoſitati aduerſantiū corrigendā iubent.

### De Penidijs.

p Enidijs nōnunq̃ʒ ſenectutē refici p̄ceptū ē quoꝝ na
tura calida eſt ꝛ hūida ſanguinē dāt tꝑatum egrota
tiuo ꝛ tuſſienti pectori vtiles ſunt. aluū lubricādo ſoluūt
laudatiores ſunt quecūq; ex puriori fiunt zucaro. principa
tūq; in h obtinēt q̄ ex portugalia deferūť. De Cādis

ſ Unt ꝛ hi tꝑate caliditatis humidi tū in. ij. gradu
quoꝝ purioribus diafanis atq; leuioribus ſenes tē-
peratos in oi tꝑe ꝛ in oi regione refici iubent. canne pul-
monis mirū in modū idonei ſunt. quia tū ſtomacho cole-
rico aduēſanť cū fructib⁹ muris eos edēdos Albu. p̄cipit:

## ¶De hortenſiũ oleribus ſiue naſcentibus plantis. Ca.xxxiij.

a Ppellatõe oleris Arabes herbas ⁊ fructus q ex li gnea planta nõ oriunt intellexere. latinoꝝ tñ vſus ẽ vt herbas ſolũ. quaꝝ oĩm imbecilliſſima eſt mã. refrigerãt aliq̃ quoꝝ pcipue crudi cales aſſumunt: vt intubus ⁊ lactuca. dare paꝝ ſanguinis oĩm oleꝝ cõis fere eſt accuſatio adeo vt ꝯfeſſum ſit minus decẽ dragmis ſanguinis ex decem oleꝝ dragmis fieri. cui⁹ ꝯrium eſt videre in eo qđ ab eſu carnis euenit ſanguine. Ideo vſum oleꝝ in regimine reſumptiuo nõ ſimplicit ſed cũ ꝯditione admiſere. nã quecũq; ex eis vires attenuandi hñt ſanguinẽ ſenũ vt adurat diſponũt quoꝝ frequentiori eſu ⁊ iflatões fiunt ⁊ eũ morbũ q Tyberij ceſaris pncipatu irrepſit quẽ colũ dicunt ⁊ eſt dolor colicus. digeſtio ipedit niſi ſit aliqđ acutũ ex eis ſicuti origanũ recens qđ calfacit ⁊ vrinã ꝓcurat. ⁊ vaſturtiũ qđ calfacit ⁊ deſiccat ſic̃ ſynapis. ſcindit ſciſione forti ⁊ adurit. cũ aqua calida bibitũ ſoluẽ nãm ⁊ vẽtoſitates inteſtinoꝝ diſcutet Auic. auctor eſt. hec eni ⁊ ſilia ab hac operatiõe deficiũt. eiſdem deniq; intercipit minuitq; vita. craſſa vo ex olerib⁹ ſanguinẽ dant flegmaticũ nec minus vires corpis opprimũt: qa tñ quedã ſenectuti opitulant ſm ſemitã ſaltẽ medicatõis aut pſeruatõis a morbo ſicuti ſicla q̃ lenitiua eſt. ⁊ apiũ cui⁹ ſemen ⁊ folia etſi nõ ſoluũt in radice tñ eſt ſolutio vt Auic. ſcribit. ⁊ poroꝝ aliqd cui⁹ parũ in pmis menſis aluo imperat. ideo de eis agendũ eſt in hac gerẽtocomia. Oleꝝ itaq; q̃ hortẽſia ſunt ſic̃ q̃ p agros cura agriculture naſcunt aliqñ laudatiora alijs eiuſdẽ ſpẽi olerib⁹ ꝓ tutela ſenectuꝫ hẽnt humidiora atq; frigidiora. alia vo eratica ſiue ſilueſtria q̃ꝝ ort⁹ atq; vſus ſm plurimũ eſt ecõtrario. Quorũdã quoq; eoꝝ pluris alimenti eſt in folijs ſicuti lactuce. aliorum vo in radicibus ſicuti rape

quedam acuta, alia pꝛouocantia. quedaꝫ nullā haꝝ viriū
habentia. Ea q̄ acuta ſunt in regimine ſenectutis ẜm mo-
dicū medicine potius qꝫ alimēti mō laudauere. quoꝝ etiā
oleꝝ quedā ſunt cuius radix eſui eſt apta eiuſdē ſemē aut
germen ſiue folia via alimenti aliqn̄ nō ſunt in vſu. Olera
vehementioꝛa effectu viribuſqꝫ in frigidis locis ⁊ in aqlo
nis ⁊ ſiccis eſſe ferūt. ⁊ qa nō ē difficile cognitu eas ſcire
q̄ gerētomie attinēt ꝯtēplari volētibus dinoſcant̄ exēplo
Antonij Caſtoꝛis cui ſumma auctas olim erat int̄ Roma
nos in arte medica: q vt Pliū. ſcribit plurimas in eiꝰ hoꝛ
tulo herbas alebat centeſimū eius annū excedēs nullum
coꝛpis malū expꝑtus ac ne etate qdē mēoꝛia ac vigoꝛe cō
cuſſis. Adducamꝰ itaqꝫ ⁊ nos q̄cunqꝫ eoꝝ lōga expꝑientia
efficacioꝛa inuenere ꝑitioꝛes regimini reſumptiuo inſerui
entia: ⁊ hoꝛtenſea pꝛecipue a radicibus exoꝛdiendo.

## De Radicibus in genere.

r Adices fere oēs ⁊ p̄cipue oleꝝ rebꝰ ſtomacho alie-
nis ⁊ inflātibus annumerant̄ veluti idigeſtibiles et
turbatiue aliaꝝ partiū plāte comparatōe ſicuti Gal'. viſum
eſt, colligūt eniꝫ in ſeipſis humoꝛem plurimū indigeſtum.
eo ꝙ in radicibus collectus hūoꝛ finē ſuꝑioꝛis digeſtiōis
expectat. In eis itaqꝫ hūoꝛis plurimū illaboꝛatū eē rōi cō
gruit hūano coꝛpi ab his alimētū humidū ⁊ turbatiuū de
relinq: qa tn̄ eaꝝ qbuſdā cōis eſt veſcendi vſus in reſum-
ptiuo regīne eaſdē ꝯcoctiōe aliq̄ aut ꝯdimēto vel q̊libeat
alio mō p̄parādas iubēt. De Rapis.

r Apā a rapiēdo dictā, i. ꝯpꝛehendēdo ferūt, de cuiꝰ
genere etiā naponē ⁊ rapunciliū Cōciliatoꝛ ſcribit.
mediam eſſe inter bonitatem ⁊ maliciā ponunt, calidam
in fine gradus pꝛimi: humidam vero in gradu ſecūdo: qa
cruda dura eſt ⁊ ineſibilis mali ſucci: eā bis ꝑcoqui aqua
pꝛima et ſecunda abiectis, demū vero cum pinguiſſima

carne iterum elixari iubēt. Sic enim nō minus aliqua homogenearū plantarū alibilem Gal'. prodit. nam duritia sua ſube temperaẽ laudatum ꝛ valentius atq; mediocre alimentū prebet regimini reſumptiuo: nō oīo noxium. ꝓprietatem enim miram habere ad viſus ꝯfortatiōem atq; oculoꝝ illuminationem ferūt. Rape vſus in alimonijs noſtris pluribus modis ꝯmendarūt ita vt aſſam eam laudatiorez elixa affirment: nam quecunq; humidiora ſunt non amplius humectari volūt. ſicuti enim corpora lapſa per contraria regi oportet: ita ꝛ alimenta cōditurís ꝛ preparatōibus oppoſitis parari: vt calida frigidis. ꝛ frigida calidis. humida ſiccis. ſicca humidis. Rapas itaq; ſicuti ꝛ pira ꝛ ſuillam carnem cōmendatius aſſari. legumina v̄o ꝛ leporinam carnem elixari volunt. Meditulium folioꝝ rape ꝑcoctū eſu datū vrinā mouere filius Serapionis ſcribit. Rapam v̄o corpori vaporem mouere. ventrez procurare. partum expellere. nauſeamq; prohibere Theo. priſc'. ſcribit;

¶ De Raſano ſatiuo ſiue Radicula ꝛ Armoratia.

b Eradices in regimine ſenectutis qa mali ſucci ſunt medica nō aūt alimenti cauſa concedēde: ſunt ſenib' nature calide ꝛ humide ad concitandū vomitū precipue frigido tp̄e ꝛ in regiōe ſeptentrionali dari iuſſit Albuchaſis. nam in eorū ſtomacho diu morantes eructuatōes mouent. inflationes vomitioneſq; efficiunt. flegma viſcoſum ſcindunt. idq; ad os ſtomachi ſubleuāt. quare ſtomacho ſunt noxie. calide cōplexionis. graduātur in. iij. ſicce v̄o in ij. ex eis groſſos hortenſes atq; recentes eligendos iubēt in poſtremis menſis raphano ſenez aliqū veſci vtile eſt nā ventrē emolit. Ideoq; ꝛ rebus aluū mouentibus radiculam Celſus annumerat. deſcenſum alimenti efficit. ſenſus attenuat. vrinam concitat. cōminuit atq; eijcit calculos. ꝛ precipue eius vt aiunt folia.

## ¶ De radicibus Acruminum.

a Crumina cum tria ponanť genera. porrū. cepe:cū qua ⁊ aſcaloniā ſiue bullum annumerať ab oppido iudee nominatū ⁊ putať philiſtim: a quo ⁊ Herodes aſca lonita.⁊ allium. omnia mali ſucci ſunt. Porri naturam a porrigēdo ſe dicit; calidā in.iij.ſiccā in.ij.aut in fine.iij.po ſuere qa ſomno aptum ſcribunt.eiuſq͡ʒ alimentū firmius q͡ʒ quod lactuce. cucurbite. ⁊ aſparagi vt Celſus tradit. ad eſum ſenectutis laudauerūt; ⁊ precipue qa mali ſucci eſt. dolorem capitis.dentiū. ⁊ gingiuaꝝ.tumultuoſa ſomnia. caliginem oculoꝝ efficiens raro parū eius conditū almu ri ⁊ oleo in primis menſis cōmanducatū. ventrem eniʒ ſti mulat.aluum emollit.vocis ſplendorem affert. thoracem ⁊ pulmonē purgat.hemoroydibus medeť.Quia tñ acutū eſt atq͡ʒ inflationes efficiens renibus ⁊ veſice vlceratis cō trarium ad eius eſum id bis elixare iubēt ⁊ proiectis aqs illis in aquā frigidā iufundere;ſicq͡ʒ eius nocumentū ⁊ in flationem auferre. Cepam ꝯſimiliter calide nāe ad finē vſq͡ʒ tertij ad quartū vſq͡ʒ gradū humidā in.iij.eam preci pue q̄ alba eſt.antiqua.⁊ ſuccoſa.ꝑmutatis aquis in qbus infundiť cū aceto ⁊ lacte ſenibus nature frigide hyberno tpe ⁊ in regione ſeptentrionali Albuchaſis conceſſit; de coctā precipue.Eius radicem ideo dictā cepā;qa nō aliud ſit q͡ʒ caput.ſcindit enim meatus venarum aperit. vrinam mouet.oxirema ſedat q̄ eſt eructuatio acetoſa.appetitū ex citat.ſuꝑficiem corporis rarificat.ſudorem concitat. aluo imperat.venerem ſtimulat.nec tñ ſit nō alibilis.etſi eo lau datior habeatur quo pluribꝰ aquis ꝑcoquitur demūq͡ʒ cū pinguiſſima carne ⁊ aromatibꝰ condiať.Quia tñ tumultu oſa ſomnia adducit intellectuiq͡ʒ noxia eſt;humores vitia tos in ſtomacho efficit.ſaliuā adauget. in pluribuſq͡ʒ ſene ctuti aduerſať.q͡ʒuis in paucioribus eidē ꝯueniat.Eam in

regimine reſumptiuo frequentiori vſu repellendã iubent. bulbos calefacere. ⁊ flegma ꝑ ventrẽ deponere Theodorus ꝓdit. ſunt tñ mali ſucci. Alliũ ſic dictum qa oleat vt ferẽ. Conſiliter ſi modici fuerit acuminis aceto ⁊ oleo cõditum Albuchaſis ſeniorib⁹ ꝯceſſit ꝯplexionis frigide hyberno tpe ⁊ in regionibus montanis. excalfacit enim ⁊ exſiccat in. iij. gradu ad. iiij. vſqꝫ: eo tñ decocto via poti⁹ medicine ꝙ̄ alimenti vti volunt: ita vt ipm̃ tiriacã eoꝝ q nãe ſunt frigide dicant. calorẽ nãqꝫ adducit vlceratiuũ ⁊ vſtiuum putaẽ. humores craſſos ⁊ viſcoſos ꝑcipue frigidos extenuat atqꝫ diſcutit. ventoſitates repellit. Eſt enim alliũ mãliter ventoſum ⁊ſi effectiue ſiue virtute ventoſitatis ſit remotiuũ. aluũ mouet ſicuti ⁊ cepa. eo vermes ꝓtinus emoriunẽ. voci ſplendorẽ affert. guttur abſtergit. oculis tñ ꝯtrariũ eſt. odor eius profilaticũ eſt collo ſuſpenſus ſicuti Theodorus priſcianus ſcribit. Eſt aũt profilaticũ cuſtoditiuũ ſiue preſeruatiuum vt Alexander. c. de epilenſia. Nimio tñ vſu capiti eſt oneroſum. ſodã efficit precipue ſenib⁹ calide nãe. pectori languido ⁊ tuſſi antique medeẽ. optimũ adiutoriũ eſt morſui venenoſoꝝ ⁊ precipue rabidi canis. aquaꝝ vitia emendat. A ꝯtinuo tñ horum eduliorum eſu quecũqꝫ viſcidiora ſiue pungitiua abſtinere precipiũt. ſolũ enim his qui ante flegmaticũ humorẽ ſeu crudũ aut viſcoſum collectũ habuerint idonea talia iudicanda ſunt vt Gal. ait.

¶ De Paſtinacha Bautia ⁊ Carioto.

P Aſtinachã ideo dictã (vt aiũt) qa ꝑcipuus paſt⁹ ſit hoĩs ſenectuti idoneã ꝓdũt. ⁊ his ſenib⁹ ꝑcipue qꝛꝝ nã frigida ẽ ⁊ hũida hyberno ꝑcipue tpe ⁊ in q̄uis regiõe calide. n. ſunt i gradu. ij. hũide v̄o in. i. ſenẽ manifeſte excalfaciũt aliqd aromatizitat; hñtes. vrinã mouẽt. vẽtrẽ emolliũt. attenuatiue ſunt. oĩm laudatiores ſunt. cariote rubee ꝑ̄ſertiꝫ dulces. tpe ꝑcipue hyberno. quarũ tñ alimentũ min⁹ ẽ eo ꝙ rapaꝝ. digeſtionẽ retardãt ideo pluria ꝯcoctiõe

eorum nocumentū corrigendū aiunt. Bautia ſiue paſtinacha ſilueſtris vrinā mouet plurima egens percoctione potius in vſū via medicine q̄ȝ alimenti veniens. Cicuta minor plurimū ſilis bautio in forma quā vulgares maiuculā appellant: oīo tñ diſſilis v̄tute quia ſtupefactiua repellenda eſt in regimine nō reſumptiuo mō ſed ī quolibeat alio corpori ſano conueniente.

## De Enula.

r Adicem hortenſis enule nouam ꝛ fragilem ſenibus nature frigide hyberno tpe ꝛ in regione frigida dari preceptum eſt. nam digeſtioni opē prebet. iecoris ꝛ ſplenis opilationes aperit. ori ſtomachi robur preſtat; precipue humoribus repleto. deſcenſū cibi p̱ inteſtina adiuuat. ventoſitates diſcutit. iram atq̄ȝ triſticiā aufert. pectus mūdificat, vitijs pulmōis medetur. ſuſpirioſis aſmaticq̄ȝ q̄ꝺ ſenibus ſicuti ꝛ hyeme eſt maxime familiare vt inquit Theodorus. venaꝝ ſupflua per vrine meatus educit. Ferunt vinū cum ea arte conflatū inter ſalutaria remedia ad ea q̄ dicta ſunt optimū adiutoriū eſſe. Radicem enule calide ꝛ ſicce complexionis graduarūt in. ij. gradu. cuius imoderato vſu corrumpitur ſanguis ꝛ minorat̄ ſperma. etſi eadem radix rob condita aut obſonijs mixta in regimine reſumptiuo laudata ſit.

## De Intubo erratico ſiue Cichorio.

I Ntubum erraticū in egypto cichoriū appellāt. eius radix nō minus ad eſum venit q̄ȝ folia. ꝛ id ſpēm dicunt ſilueſtris endiuie querelis epatis ſm oē genus morbi lapſi renibuſq̄ȝ opitulatur. eoꝝ opilationes aufert. colorem laudatū efficit. ſtomacho idonea eſt lȝ rebus acribus annumeret̄ in regimine reſumptiuo ſenū p̄cipue calide ꝛ ſicce nāe eſtiuo tpe atq̄ȝ in regionibus calidis conceſſum; decoctū precipue. quod lȝ refrigeret eo q̄ nāe frigide gra-

duatur caliditati tñ attinet, quã rem eius amaritudo teſta
tur, minuſq; calfacit ꝙ̃ cardus, ⁊ epati prodeſt vt Theo-
dorus Priſcianus ait: Huius oleris tum folioꝝ, radicuꝫ,
germinũ, teneroꝝ, ſtipitũ, cũ augent ad ſeminis emiſſionẽ
Cũ etiã floꝝ plurimo eſu gaudet Roma orbis terrarum
quondã cephas, terra vt ait Plinius oĩm terraꝝ alumna
cũctaꝝ gentiũ in toto orbe patria facta.

¶De Bugloſſa grece, i, lingua bouis q̃ dr̃
borago ſiue eufroſinũ, i, bone leticie.

b Ec olera nõ minꝰ floribus ꝙ̃ folijs ⁊ ſucco ⁊ adhuc
p̄ſtantius radice in vſum ſenectutꝭ laudarũt, vires
eniꝫ hñt calefactorias ad mediũ vſq; gradus primi, exhu
mectãtq; in fine primi gradus, humidior tñ borago eſt ꝙ̃
bugloſſa, ab ea nõ diſtãs niſi ſicuti hortẽſe ab erratico ſiue
ſilueſtri, cuius ſucco depurato vinoq; ꝯmixto potui dato
canos retardari faciemq; detergi ferũt, ꝯpertũ tñ eſt bora
ginem plurimũ in ventoſitates ꝯuerſiuã: quã rem multitu
do eructuationũ quas mouet eius plurimus eſus oñdit.
Bugloſſam itaq; ſenectuti magꝭ idoneã ſcribũt: nã cordi
leticiã affert, virtutẽq; vitalẽ repat ad cuius ꝯfortationeꝫ
ꝯplexiõe ⁊ ꝓprietate ſimul opari Auic. prodit, adeo ꝙ in
omni cordis paſſiõe ſm oẽm ipſius modũ adminiſtratõis
a ſpiritu vitali ſepãdo vapores turbidos ⁊ melancolicos
mirã virtutẽ hre inter auctores ꝯuenit. cuiꝰ radix cortice
nõ lota alijs eius ptibus veluti iuuantiorẽ Judeꝰ p̄ponit
nã ſua peculiari ꝓprietate aiam vt aiũt dilatat, humorem
melancolicũ exterminat, deletq; paſſiões inde eueniẽtes.
ferũt q̊ꝫ eã vino ꝯmixtã in ꝯuiuijs leticiã adducẽ, de qua
Plinij verba ſunt hec: Precipuũ eſt bugloſſe ꝙ in vinũ
deiecta animi voluptates auget.

¶De Meliſſa.

n Ec voluere regimẽ reſumptiuũ hoc genere oleris

carere: nam etſi calfaciat atq; ſiccet ad gradū vſq; ſecundū: eidez tñ ineſt proprietas mirabilis cordis atq; animi epatiſq; voluptates augere: tum ꝓprietate: tum etiā complexione. depuratq; ſpiritus ⁊ ſanguinez q in corde ſunt a vaporib⁹ melācolicis. apitq; cerebri opilatiōes. digeſtiōi opitulat̃. melancoliamq; abſumendo mentem atq; animū leticia replet.

## De Menta.

m Odicū hortenſis mente quā ⁊ ſiſimbriū dicūt in regimine reſumptiuo ꝯceſſerūt. eiuſq; nāz calidā ⁊ ſiccā dicūt ad gradū vſq;. ij. ſuoq; odore animū ⁊ ſapore auiditatē in cibis excitare ſcribūt. digeſtiōez adducere. ſingultū remouere. vomitiōes cobibere precipue ab humorib⁹ frigidis eueniētes. ⁊ oio ſtomacho ſubuenire. ita vt grato odore menſas percurrat in ruſticis dapibus vt ait Pliū. venerē ꝯcitat. plurima tñ mente q̃titas eſui data hūores incrudat nimia humiditate ſui. eā ſolam nō edendā iubēt: nā pruritū adducere aiunt peritiores.

## De Saluia quam herbarij eleliſphacon grece vocant.

ſ Aluiā hortēſem regimini reſumptiuo accōmodarūt eo ꝙ ſeniorꝝ ventoſitates repellit. viſcerꝝ opilatiōes aperit p̄cipue ab humoribus flegmaticis euenientes cerebruz ⁊ neruos ſtomachum atq; inteſtina corroborat: nam ipſa calide ⁊ ſicce nāe ad gradū vſq;. ij. ponit̃ ſui aliquali ſtipticitate exſiccat ſuꝑfluū qđ de hūoribus eſt in eis: cuz vino nō admiſcendā eē preceptū eſt: nam vino ꝯmixta celerius ebrietatem adducit ſicuti Auicenna prodit.

## De Roſmarino. Maiorana ſiue Sanſuco. Ruta. Apio. ⁊ Petroſelino.

h Js oleribus ſenes veſci volūt vi tñ potius medica q̃z alimonie. calida eniz ſunt ⁊ ſicca in fine grad⁹. ij.

vſqꝫ ad.iij.caleſactiua atqꝫ ſiccatiua abſumptiuaqꝫ atqꝫ at
tenuatiua humiditatū flegmaticaꝝ quibus plurimū abun
dat ſenectus. Roſmarino quem latini ab effectu herbam
ſalutarem vocāt. alij vo deudro libanū ſiue libanotis di-
cūt.flagrat enim olibani odore quo ante vſum thuris pla-
care deos ſolitos antiquos ſcribūt.peculiare eſt corize fri
gide ex cerebro eueniēte ſubuenire. ventoſitates fugare.
vrinā citare,opilationes lyenis iocineris ⁊ inteſtinoꝝ api
re.dapibus ꝯmixtū nāqꝫ exhilarare.a venenoꝝqꝫ nocumē
to tueri. Maioranā qꝫ calide ⁊ ſicce nāe ad gradum vſqꝫ
terciū acutā cū fortitudine.apitionē ꝓſtare.opilationibus
cerebri ⁊ epatis.virtutē hr̃e attenuatiuā atqꝫ diſſolutiuā
poſuere ꝓcipueqꝫ doloꝝ inflationū ⁊ humiditatū cerebri.
Rutā etiā ⁊ ꝓcipue hortenſem cuius ortus eſt iux arborē
ficū dū viridis eſt nature calide ⁊ ſicce in.ij.graduarūt:lꝫ
dū inareſcit ad terciū vſqꝫ gradū ꝑueniat. eā lꝫ mali atqꝫ
acris ſucci ſit ꝯceſſerūt ſenioribus via poti9 medicine. hꝫ
nāqꝫ vires ſcindendi.diſſoluēdi.carminādi venas depurā
di.digeſtiōi ſubueniēdi.alimēti appetentiā efficiēdi.ea ꝓꝑ
⁊ vires ſtomachi repandi.lyeni qꝫ idonea eſt.anguſtie pe
ctoris medet.paraleſi ⁊ neruis refrigeratis.viſumqꝫ perficit
atqꝫ acuit . ex ruta.roſa.feniculo.berbena.⁊ ceridonia fit
aqua que lumina reddit acuta. Petroſelinū qd̕ q̄ſi petre
apiū appellāt a petra ⁊ ſelino quod eſt apiū calide ⁊ ſicce
nāe ponit ad gradū vſqꝫ.ij.diureticū eſt.vētoſitates diſcu
tiens.⁊ digeſtiōeꝫ ꝑficiēs. eius ꝓcipue foliū lꝫ radix preci
pue cruda difficulter digeratur. eſum petroſelini cū lactu
cis ſenibus nature frigide hyberno tempore atqꝫ in regio
ne frigida conceſſere non minus q̄ꝫ apiū hortenſem ſicuti
opilationū aperitiuū.vrinam adducit etſi ventrem inſtrin
gat.nimius apij vſus ſtōacho noxiū ꝓhibet eo ꝙ attrahit
mās acutas aliunde ad ſtomachum vt Ruffus auctor eſt

quia tñ capitis dolorem adducit cũ lactucis edendũ Albuchaſis iubet eius eſum ꝓhibere tp̄e quo aĩalia veneno ſa mouenť nã meatus aperiendo prebet iuuamentũ vt venena ad intima corporis penetrent.

¶De Ozimo.

o Zimũ ⁊ precipue citratũ nõ minus ꝙ gariofilatum cuius folia parua ſunt ꝙuis a criſippo veluti inutile ſtomacho. vrine. atꝗ oculoꝝ claritati. grauiter increpetur; tum etiam quia inſaniam (vt ait) efficit. ſenioribus tñ nature frigide in regiõe ſeptentrionali ſecuta etas alacriter defendẽdo conceſſit; via tñ potius medica ꝙ alimonie grã. nature calide in gradu primo: ſicce v̾o in eodẽ vł in. ij. poſuere ꝓprietate ſua tum folijs: tũ etiã ſemine. cordi leticiã afferre. adiuuari ad hoc efficiendum aromaticitate quadã ⁊ ſtipticitate tenuitati aſſociata Auic. ſcribit. ozimũ plurimo vſu ſm̃ ſemitã alimẽti repulerũt: eo ꝙ rebus ſcrib⁹ annumerať atꝗ aluũ mouentibus ſuꝑfluitateꝗ humoris qui in eo eſt ſanguinem dat turbidũ ⁊ melancolicũ venarũꝗ inflationẽ ⁊ capitis dolorem lꝫ eius eſu odoratuꝗ cerebri ⁊ nariũ opilatõibus. hemoroidib⁹ ⁊ cardiace paſſioni mederi affirment.

¶De Serpillo ita nuncupato qꝛ eius radices longe ſerpant.

a D moreta ſiue ad intinctus idoneũ eſt ſerpillũ regimini reſumptiuo: nam natura ſua calida ⁊ ſiccca in gradu. ij. appetentiã cibi excitat vrinã mouet ⁊ oĩo ſtomacho ⁊ cerebro caliditate ſua ſtipticitate. atꝗ arõaticitate vtile produnt.

¶De Bleta.

b Litem betã ſiue bletã nõ aũt blitũ a ſaporis ſtupore ita nuncupatũ. ſiclã intelligi volũt ꝗ ſi hortenſis fuerit nõ erratica tp̄e p̄cipue hyberno in regiõibus ſiccis

ſenes quoꝝ inteſtina ſiccca ſunt veſci p̄recipiũt;nam licet nature calide ⁊ ſicce in primo ponat̃;ea tñ q̃ alba eſt quaꝫ candidã dicũt ad frigidũ declinat.ideo rebus refrigerãtibus annumerat̃.eſt tñ virtutũ ꝯpoſitaꝝ lenitiua . ventris abſterſiua.pungitiuaqꝫ virtute eius banrachia. atenuatiua ⁊ diſſolutiua.eius ſuccus magis q̃ꝫ ſuba ventrẽ ſubducit;ideo rebus aluũ mouentibus annumerat̃ . que lꝫ mali ſucci ſit parũqꝫ alibilis ſicuti ⁊ olera queqꝫ.firmior tñ cenſetur q̃ꝫ lactuca. cucurbita vel aſparagus ſicuti Celſus ſcribit;edendã eẽ p̃cipiũt vt aluo impet paꝝ decoctã: naꝫ plurimũ decocta aluũ aſtringit. quia tñ blitis ſanguinẽ vt aiũt ꝯburit cũ aceto ⁊ ſinapi edendã eẽ precipit Albuchaſis.vt v̉o ſtomacho laſſitudinẽ nõ adducat ſiue mordicatiõem cũ dulcibus ⁊ aromatibus ⁊ lacte amigdalaꝝ.

## De Anetho.

a Nethũ viride ⁊ molle ga ſui ſucco ſtomacho idoneũ eſt lꝫ ſui ſuba mali ſucci ſit. renib⁹ q̃ aduerſet̃.inflationes leuat.rebus aluũ mouentibus annumerat̃.hũores frigidos calfaciẽdo maturat.aluũ ab intraneis vicijs purgat.lenit.eius tormina ſedat.ſomno eſt aptũ. ſingultũ de repletõe ꝯpeſcit. abominatiõeꝫ tamen imo frequẽtiore eſu viſus ibecillitatẽ.nauſeã.⁊ vomitũ p̃cipue eius ſemen adducere fertur.ideo ſi cũ limoncellis edat̃ ſenibus nature frigide hyberno tempore atqꝫ in regione frigida vtilẽ Albuchaſis prodit.eius naturam calidam ⁊ ſiccã ad gradum vſqꝫ ſecundum.alij calidam in fine ſecundi; ſiccã aũt in fine primi effirmant.

## De Feniculo.Aneſo.Ferula. ⁊ Carduo.

f Eniculi vſus frequens habetur in regimine ſanitat̃ non minus ſemine q̃ꝫ radice ⁊ folio eius; p̃cipue tñ hortenſis dulcis vſum in regimine reſumptiuo laudãt.ca

lide ⁊ ſicce nature ponitur ad gradū vſqꝫ ſecundū:licꝫ ca-
liditati magis attineat qꝫ ſiccitati, quod licꝫ mali ſucci ſit
ſicuti ⁊ aneſum vt Celſus inquit:inflatiões tamen leuat.
opilationū aperitiuū.viſum acuit caliginem oculoꝝ deter
gens:⁊ proprie eius ſemen.ſcribit Plinius feniculū ſer-
pentes nobilitaſſe guſtatu ſenectā exuendo:oculorūqꝫ aci
em ſucco eius reficiendo.vnde intellectum eſt hominū qꝫ
caliginē pcipue eo releuari.ideoqꝫ ⁊ feniculū dici qa eius
thyrſus ⁊ radicis ſuccus acuat viſum.ſtomacho preterea
nauſeā perpeſſo ſubuenit.vrinam mouet.lapidem in reni-
bus cōminuit.Eſt quoqꝫ in genere feniculi ſilueſtre quod
hippomaratiū ſiue myrſeneū vocāt ad oīa vehementius
feniculo hortenſe.Aneſum earundē virtutū eſt cū fortitu-
dine ⁊ acuitate.eius naturā calidam in primo:ſiccā vo in
tercio gradu ponūt.oris tn̄ halitū iocundiorem facit feni-
culo:imo vino collutū vultū iuniorem vt aiūt preſtat. pre
cipuū putatur ad ructus ſingultū inhibere.ſomnū conci-
tare ſi potetur.calculos cohibere.inflationibus ſtomachi
⁊ inteſtinoꝝ torminibus ⁊ celiacis mederi.vomitões ſiſtē
precordioꝝ tumores.⁊ pectoris viciȷs.neruis qꝫ vtiliſſi-
mū.laſſitudinis auxiliū viatoribus ſpondere Plinius
affirmat.Ferula qꝫ veſcunt qꝫplures cuius caules deco-
ctos ſtomacho idoneos ſcribunt:licꝫ plures ſumpti capi-
tis dolorē faciant.ferulam torminibus mederi aiunt.Hor
tenſia carduoꝝ ſunt in frequenti eſu artichiochi vulgo ap
pellata.folia eoꝝ decocta ſpinoſa cacumine ſtomachū cor
roborare,odorem bonū oris efficere.⁊ calculos ꝯminue-
re.auctor eſt Auic.vuluis quoqꝫ ſi credimus etiā cōferre
aliquid traditur vt mares gignantur ſicuti ſcribūt Che-
reas Atenienſis ⁊ Glaucias qui circa carduos diligētiſ-
ſimus fuit.cardua excalfacere ⁊ vrinam procurare Theo
dorus Priſcianus ſcribit.

## De Eruca.

e Rucā quaſi vticam appellāt eo q̄ ignite ſit virtutis quā nō oīo illaudarūt in regimine reſumptiuo; ſiue hortenſis fuerit ſiue erratica: ſm tñ ſemitā potius medicine q̄ꝫ alimenti, quā nature calide poſuerunt in. ij. ſicce v̄o in primo, aperitiuā ꝛ lenitiuā. ad alimenti digeſtiōem plurimū auxiliari, ſolam tñ non eſſe edendam quia mali ſucci eſt atq̄ꝫ acris, dolorem capitis adducit. lactuca tamen, endiuia, ꝛ portulaca, hoc vitiū remouent ab ea. tanta eſt ſuauitas eruce in condiendis obſonijs vt greci eā euzomon appellent. Naſturtiū eruce plurimū eſt viriū ꝯſimiliū.

## De Sinapi: quā ita appellari ferūt quia folijs napi ſimilis eſt.

a Lbuchaſis auctor eſt ſinapim eius ſemine ſenioribus nature frigide ꝛ humide in regionibus montanis hyberno precipue tempore plurimū idoneā: nā lꝫ mali ſucci ſit atq̄ꝫ acris: tamen quia eius natura calida eſt et ſicca ad gradum vſq̄ꝫ quartum. flegmatis eſt ſciſiua attenuatiuaq̄ꝫ. cerebrum ab humiditatibus depurat. aperitq̄ꝫ opilationem collatorij ita vt nihil ea magis in nares ꝛ cerebrū penetrare aſſeuerent. ieiuno eſa intelligēdi acumen efficere aiunt. melleq̄ꝫ cōmixtam antiquā aſperitatem cāne pulmonis auferre. lyenem attenuare. ſtomacho vtiliſſimam contra omnia eius vitia. pulmonibus quoq̄ꝫ excreationes faciles efficere. cibo ſumptam ſuſpirioſis dari. aluū molire, vrinam mouere, quia tamen via alimonie humores efficit malos ideo ſm ſemitam medicine potius q̄ꝫ alimenti ſinapis parꝫ in regimine reſumptiuo veſci iubēt: ſicuti ꝛ oleꝫ cunctis que acuminis aliq̄ habent acuitateꝫ ſinapis rob ſiue defrutum aptiſſime refrangit.

## ¶De Senatione ſiue Creſſone.

e Erbam hanc Arabes pupillam oculi nuncupāt. alij erucā aque aut apiū aque: calide ꝛ ſicce nāe ponitur ideo calfacit ꝛ diſſoluit. vrinā citat. calculos in renibus ꝛ veſica ꝯminuit: in regimine reſumptiuo nō eſt repellenda. eam comedendam elixam aut crudam Auic. iubet. vlceribuſq; inteſtinoꝝ remedium eſſe.

## ¶De Lactuca.

h Ortenſem lactucā amplam lacte carentem alimentum ꝓprie iuuentutis eſſe ſcribūt eo ꝙ frigida ſit ꝛ humida ad gradū vſq;. ij. hūane nature refrigeratrix abſq; malicia. Attñ quia inter olera ꝯnumerat̄ quib⁹ eſt exiguū ſanguinem dare atq; cacochimū: lactucā plurimū quidez ꝛ nō cacochimū nō tñ euchimū ſanguinem dare Gal. tradit. Unde ꝛ idcirco lactucā aiunt nuncupari qa lac plurimū dat mulieribus. aut qa lacte abundat. in regimine reſumptiuo nō oīo illaudatur: lz rebus acribus annumeret̄ ſicuti ꝛ oleꝝ pars maxima. eſt tñ ſtomacho idonea ꝛ ſomno apta. nam ſicuti colerizante ventre ſuperiore iuuenib⁹ refrigerandis admittit̄: ita ꝛ eam elixā vt laudatiſſimā ad ſenectutis vigilias coercendas recipi iubent. Frigiditatē lactuce ea q̄ lacuū eſt aſſimilarūt. frigiditas nanq; lacunalis remiſſior eſt ea q̄ eſt aque fluuiatilis. tum ſolis calore lacus in ꝓfundum vſq; penetrante. tum terre vicinitate ꝛ ſui mixtione cum luto. Recte itaq; Auer. lactuce frigiditatem ſilēm prodit ei q̄ riuuloꝝ eſt: eaz ad laudati ſanguinis gñationem q̄ntitate ꝛ qualitate cunctis oleribus preferūt Et qa natura oībus refrigeratrix eſt ideo greci eam eumechion dicunt: qm̄ hec maxime veneri refraget̄. eſtate grate a ſtomacho faſtidiū auferre. cibiq; appetentiā facere. aluum neq; mollire neue aſtringere ſed vrinā mouere. Iſraelita ſcribit. rebus tñ aluū mouentibus Celſus eam annu

merat. Plinius auctoꝛ eſt diuū Auguſtū lactuca conſer-
uatum in egritudine pꝛudētia Antonij Muſe medici. Nō
lotam laudatioꝛem aſſeuerant. Jubet Celſus lactucā eſti
uam eligendam eſſe cuius cauliculus iam lacte repletus
eſt veſcendam eſſe cum eruca veneris concitatrice frigo-
rumq; contemperatrice diuerſe nature ꝙ lactuca volunt
vt nimio frigoꝛi par feruoꝛ īmixtus temperamentū equet
Ferunt nonnulli frequentioꝛes lactucas in cibo claritati
oculoꝛum officere.

¶De Spinachia.

ſ Enib⁹ nature pꝛecipue calide ⁊ ſicce verno aut eſti
uo tempe in regionibus calidis ſpinachiam vtilem
pꝛodunt. equalitati enim pꝛopinqua eſt. gutturi. pulmoni.
ſtomacho. atq; iecoꝛi apta. aluum humectando mollit.
melioꝛis alimonie ꝙ ſicla cēſetur aromatibus ꝯdiēdas et
muri frigendaſq; iubent. ſic enim earum nocumentum au-
fertur. nam digeſtioni aduerſat̄.

¶De Aſparago.

a Sparagus ſic dicta eſt quia in aſpero virgulto na-
ſcatur: cuius appellatione omnē ſtipitem tenerū cū
adoleuerit ad fructū ſiue ſeminis emiſſionē. Grecoꝝ peri-
tioꝛes intellexer̄ ſparago tū: nō autē ſpargo ſiue ſparo qđ
eſt geniſta ſenes nature pꝛecipue frigide ⁊ ſicce in regio-
nibus in quibus inuenitur hoꝛtenſe ſiue recente veſci vo-
lunt pꝛecipue cuius ſummitates decliues ad terrā vertun
tur. elixo ſale. aceto. ⁊ oleo condito. Sparagi naturā ſiccā
cum equalitate in calido ⁊ frigido ꝙuis a caliditate non
plurimū elonget̄ Auic. ſcribit. Etſi Jſaac Jſraelita eū ca-
lidum ⁊ humidū in pꝛimo graduarit: lꝫ hoꝛtenſem tempe
ratioꝛem aſſeueret. ſilueſtrem enim aſparagū quem coꝛru
dam aliqui nuncupant. alij libycū. Attici vͦo hominiū effi-
cacioꝛem ſcribunt domeſtico ⁊ calidioꝛē ſeu candidioꝛem

⁊ adhuc maioꝛis virtutis. Aſparagū abſterſiuum poſuere opilationū omniū viſcerū ⁊ pꝛopꝛie epatis ⁊ renum aperitiuū. diſſolutiuumqꝫ ⁊ magis campeſtre omnibus oleribus valentioꝛē magiſqꝫ alibilem hoꝛtenſeꝫ pꝛecipue. inter ſaxa aūt oꝛtū quē ſaxatilē dicunt mūdificare abſqꝫ foꝛti calefactione ⁊ refrigidatione aluo imperare. ideoqꝫ ⁊ rebus aluū mouentibus annumeratᷣ vꝛinā decoctū vtiliſſime mouere etſi ipſam veſicam exulcerat. venerem ſtimulare. lumboꝝ ⁊ renū doloꝛes ſedare. qꝛ tñ vilis ſtomachi noxiū habitū eſt rebuſqꝫ mali ſucci atqꝫ acris annumeratᷣ. eo elixato cū muri veſci iubent. Scribit Theodoꝛus pꝛiſcianus ſparagū ventrē ⁊ vꝛinā pꝛocurare vꝛticā ſimiliter vt ſparagus: ſed caloꝛe ſuo nimis flegma diſſoluere. vnde ⁊ rebus aluum mouentibus vꝛticā annumerant.

¶De Lupulo.

ſ Enibus quoꝝ natura calida ⁊ ſicca eſt cū tenuitate ſanguinis ⁊ ſpirituū inflāmabiliū lupulū idoneū ferunt in omni tempoꝛe quo inuenitur. eſt eniꝫ nature equalis cū declinatione ad frigidū inflāmationū omniū extinctiuus. ventris lenitiuus. educens de colera citrina rē aliquā vt ait Meſue. ſanguinē ab ea depurans atqꝫ eundeꝫ clarificans. ſedanſqꝫ eius inflāmationē. ſtomacho ⁊ iocineri excalfactis vtiliſſimū ſcribunt. in eius tñ cōditura obſeruandū eſt. nam Gal. in. iij. interioꝝ libꝛo auctoꝛ eſt lupulum aceto ⁊ ſale ꝯditū ſanguinem melācolicū dare. quod foꝛte verum eſt nimio eius vſu.

¶De Cappare.

n Aturā capparis ideo grece nuncupati qꝛ in cauliculo rotundo hēt ſeminū capitula vt aiūt. calidā ⁊ ſiccam ad gradum vſqꝫ. ij. cū extenſione pꝛodunt. quod facile dinoſci poteſt amaritudine. ponticitate atqꝫ acumine in eo apparētibꝰ. Eius vſum in regimine reſumptiuo laudāt

virtutibus eius nõ vulgarib⁹ ſm ſemitã medicine potius q̃ȝ alimonie, minimũ eniȝ nutrimentũ p̄bet ſic̄ ⁊ alia queqȝ tenuiũ partiũ: etſi viride ex eo ante ſaliturã valentioꝛ iudi cet̃, per ſaliturã enim vim alimenti amittit. vtimur fructu plante illius vt laudatioꝛe ad diſſoluendũ, aperiendũ abſ- tergendũue, tranſmarino veſci nolunt. nam arabicũ peſti- lens cenſet̃. aphꝛicũ gingiuis inimicũ. marmaricum vul- uis, apulum vomitus facit vt ſcribit Plinius. innocẽtius tamen italicũ eſt, ſubſecuta vero etas noſtra Alexandrinũ in magnis laudibus habet. Eos qui quotidie capparum edunt paralyſi nõ periclitari neqȝ lyenis doloꝛibus, ſtoma chum quoqȝ ⁊ ventrem flegmate oneratos per receſſum purgari, anguſtie pectoꝛis mederi inter plurimos auctoꝝ cõuenit. ante cibum ſalitã inſumptã cibi appetentiam face re, amiſſam ſiue ſopitam aut quolibeat modo deiectã exci tare, coleram nigram extenuare, aluum mouere: imo cap- parem eo modo ſalutarem lyeni pꝛodunt. nam euacuan- do humoꝛes craſſos per vꝛinam ſplenem purgat: ſicuti ab ſinthio iecur purgatur. quoꝝ opilationes ⁊ duritias exter minat aceto pꝛeparatus. illaudabilis tñ eſt alimenti: nam etſi melancoliã virtute ⁊ pꝛopꝛietate ſoluat: ex mõ tñ ſube ipſius alimentũ dat melancolicũ, eſtqȝ in colericũ nigrũqȝ ſanguinẽ ꝯuerſiuus. ſcribunt q̇ȝ eius vſu frequentioꝛi ner- uos ꝑcuti, ipſmqȝ ſtomacho iutilẽ eſſe int̃ auctoꝛes ꝯuenit Eo itaqȝ veſcant̃ ſenes ẽt tꝑe peſtilentie in eferueſcẽte aq̃ impoſito. deinde ablato oleoqȝ ⁊ aceto ꝯdito. neqȝ abſqȝ coꝛiandro: nam eius natura capparis nocumento tempe- riẽ maxime p̄ſtare affirmant.

## ¶De Oliua.

e Tſi imbecilliſſima ſit materia olee ſicuti ⁊ capparis vt ait Celſus, ſitqȝ oliua digeſtiõis difficilis paꝝ ali bilis humoꝛes dans craſſos ⁊ ſtipticos, ei⁹ tamen eſum ſi condita fuerit ſale aut ſucco limonis ad cibi appetentiam

halitūq̃ iocundiorem faciendū.ſtomachūq̃ corroborādū ſenib⁹ nāe frigide hyberno tpe in regiōibus frigidis ɔceſſere precipue in ſecūda mēſa: etſi in vltima vapores aſcēdentes caput ɔpeſcat:eligendā docuere eā q̄ media eſt in ɔplemēto ſue maturitatis. tranſmarina italicis preferī in cibis.ꝛ in ipa italia ceteris picenna vt auctor ē Plinius. Nō minus tñ etate nr̄a laudaī ea oliua quā felſina ſtudiorū mater ducit:neq̃ Tiburtine ſuus honor deſit:nam ꝛſi aliaꝝ relatiōe exigua ſit:ſaporis tñ dulcedine atq̃ ſuauitate alias antecedit.Albā oliuā ſtomacho vtiliorē:vētri vō minus.preclarūq̃ hre anteq̃ ɔdiaī vſum Plinius tradit recentem p ſe cibi mō deuoratā.arenoſe vrine mederi.itē dentibus attritis aut ɔuulſis. Nigrā oliuā quā iacinthinā vocāt ſtomacho.capiti.ꝛ oculis inutiliorē.vētri tñ facilliorē.ſcribit Gal.in.vi.ſuo ſanatiue methodi oliuā q̄ ex hiſpania deferī aluo eū emolliēdo impare; ea pp ꝛ in regimine ſenectutis q̄maxime laudari.

## ¶De Leguminibus.ꝛ in primis de Cicere. Ca.xxxiiij.

l Egumina ꝓprie appellāt peritiores grana illa q̄ ad eſum veniūt que tñ paniſicia non ſunt:ſic nūcupata quia leguī vt ait Plinius.velluī eniȝ e terra nō ſubſecaī.q̄ oīa fere excepto tritici genere ſiue ex eis panis ſiat ſiue non. alimenti tamen ſucciq̃ mali.ſtomacho aliena eē precipue ea oīa que inflare ɔſueuerūt:nā fere oīa inflant: qm̄ celerius ex eis nocumentū accidit magnū:excepto tñ pane vt aiunt. ꝛ candaruſio.i.ſorbitione facta ex tritico: quibus duobus in regimine ſenectutis vti volunt addito etiam cicere cum aliis quibuſdam paucis : quibus veſci poſſunt ſenes nature precipue frigide et ſicce in autumno ꝛ in regione ſeptentrionali ſicuti Albuchaſis prodit naturam ciceris albi calidam et humidam in gradu primo

Alij ſiccam, rubeū calidius ꝛ fortius albo, ꝛ nigrū rubeo poſuere plurimūq̄ʒ alibile atqʒ aperitiuum, vocem ſplendidiorem efficere, pulmoniq̄ʒ qualibeat alia re pluris alimonie. Ruffus auctor eſt cicer in carne operari ſicuti operatᷣ fermentū in paſta, ꝛ acetū in terra, eligendū eſt ex eis craſſius nō corroſum, nigrū ex eis calculū ꝯminuit, album ṽo abſterſiuum eſt quo ꝛ renes, epar, ꝛ ſplen purgantur, in vtroqʒ aūt due ſube reperiuntur, ſalſa per quā aluo impat ꝛ dulcis per quā vrinā mouet, qa tū apoſtema adducit in renibus ꝛ veſica cū ſeminibus papaueris albi eo veſci volūt, qa ṽo inflationē efficit in ſecūdis menſis, i, īter duo fercula veſcendū. Recente ꝛ viridi cicere ſenes nequaq̄ʒ veſci p̄ceptū eſt, hūores enīʒ craſſos flegmaticos ſicuti fere ꝛ recens ſaba adducit quibus nōnūq̄ʒ tormina ꝛ dolor colicus halitus fetor ſiunt.

## De Orizia.

o Rizia lʒ calida ꝛ ſicca ſit ad gradum vſqʒ, ij, quia tū laudate extat alimonie in regimine nō mō ſenectutis verūetiam cuiuſlibet etatis in oī regione hyberno precipue tp̄e conceſſere, alimentū prebere equale ferunt ſi vt decet prepareᷣ ꝛ laudatius ex eo eſt id qꝺ cum ꝓcoquiᷣ crementū ſuſcipit morſure ſtomachi ꝛ inteſtinoꝝ idoneam ferunt; ita vt rebus ſtomacho aptiſſimis etiā annumereᷣ orizīā elotā eiuſq̄ʒ ſuccum paꝝ infundere, ventrem ꝯſtringere, vires repare atqʒ nutrire Theodorus priſcianꝰ ſcribit, nocere tamen patientibus colicam quia aluum inſtringit remoueriq̄ʒ hoc ab eo nocumentum ſi cum lacte aut oleo amigdalino aut ſiſamino condiatur, licet autem cum lacte recēte opilatiōes adducat tamen aufereᷣ eiuſdem ſiccitas, pinguediniq̄ʒ cōferre, addere in ſpermate minuereq̄ʒ odores malos ſudoris ꝛ vrine aiunt.

## ¶De Faſeolis ſiue Faſelis.

p Lacuit Albuchaſi regimen reſumptiuū ſenū nature precipue frigide ⁊ ſicce hyberno tpe ⁊ in regionib⁹ frigidis nō carere dēre vſu faſeoli.nā ipm pinguedini ꝯfer re.vrinam ciere ꝓdit. rubeum precipue nō corroſum ceu calidiorem alijs ſubſtātie ſicce pectori ⁊ pulmoni auxilia- ri Auic.ſcribit.alimentū tñ dat humidū.craſſum. flegmati cū.vomitionē adducit ⁊ ſomnia tumultuoſa.ideo ad hor remotionē oleo muri ⁊ ſinapi edendū iubet. alij cū aceto. melle.pipere.⁊ origano.⁊ ſuper eſum eius vinuꝫ epotare paſſum pur ſicq́ʒ aduerſari eius malicia.

## ¶De Lupino.

l Upinū grauē albū ſenes edere iubet Albuc.p̄cipue eos q̃ nāe ſunt flegmatice hyberno tpe ⁊ in regione ſeptentrionali.Eius nā calida eſt in.i.ſicca in.ij.nutritq́ʒ ſi cuti eſt digeſtibilis.ventrē deducit vt Theodorus ſcribit propinqor tñ operi medicine q̄ʒ alimonie: cui⁹ ꝯditura cū bonis laudatū p̄bet alimentū.infuſione eius nō oio amari tudinē auferendā iubēt.nam velotioris fit penetratiōis.fe rūtq́ʒ aceto id edendū eſſe eo ꝙ opilatōes apit iecoris ac lyenis ⁊ proprie dū ꝑcoquit̃ aceto ruta melle ⁊ pipe.ſi vō ꝑ infuſionem amaritudo eius oio abijcit̃ medicinā nutriti- uam appellant.Lupino loto ⁊ ſalito atq́ʒ eſo peculialiter aſcribit̃ eū aciem viſus corroborare ſic Judeus affirmat.

## ¶De Farre adoreo.

h Eius alimentū mediū eſt inter id qđ ex frumēto ⁊ hordeo fit:nāe ponit̃ equalis candaruſiū apud plu- rimos ſcribentiū appellat̃ in regimine reſumptiuo oio nō damnatū.eius alimentū viſcoſum ⁊ opilatōes adducē fert cū zucaro tñ cui ineſt aptio ⁊ abſterſio aufert̃ ei⁹ malicia.

## ¶De Siſamo.

h Oc ſemen pluris ceteris ſeminibus vnctuoſitatis ſi

nõ fuerit rancidũ aliq̃liter tñ torrefactũ atq̧ excorticatum nõ plurimũ ventrẽ ꝯſtringere ꝫ inflare atq̧ pinguedinem corpibus efficere Theodorus ꝓdit: calidũ in medio gradus pmi. humidũ aũt in fine eiuſdẽ. ꝯferre ꝯſtrictõi anhelitus. aſmati atq̧ inteſtino colon Auic. ſcribit. ſtomacho tñ noxiũ. nauſeã adducere. appetentiã celerius auferre. ideo cũ melle edendũ. ſicq̧ eius maliciã remoueri eiuſdem digeſtionem tardari. uiſcera mollire: q̄bus virtutib⁹ neq̧ ſenectuti oĩo aduerſari creditum eſt.

¶De cõdimentis ſiue ꝯdituris ferculis aut ſtructõibus ſiue edulijs: ⁊ verius pulmentarijs. Ca. xxxv.

p Lurimũ ſeni homini eſt vtilitatꝭ ⁊ voluptatis vſus tum oleꝝ. tum leguminũ iam narratoꝝ q̃ illi cibum afferũt ex quibus ꝯditure fiunt regimini reſumptiuo apte nam oleribus nõ modo ⁊ granis verũetiã carnibus. oleo. butiro. melle. piſcibus concoctis ⁊ oĩo pulmentarijs alio indigentibus pulmentario mira quadã gule ſolertia veteri nouitioq̧ inuento in regimine reſumptiuo vti preceptũ eſt oĩ tñ cũ lauticia nõ indomite vallateq̧ gule indulgẽdi gratia ſed reſumende ſenectuti dũtaxat iuuãtia adducenꝭ ſicuti gñatim imprimis ſunt ea q̃ ex reb⁹ fiũt lenibus: ſicuti ſorbitões. pulticula. laganũ. amilũ. ptiſana. ⁊ hmõi.

¶De albo pulmentario ex carne edito.

h Oc contuſum appellant qđ ex pulpis precipue volatiliũ aĩalium componiꝭ ceu galline. caſtrati galli. faſiani ⁊ ꝑdicis. cum horum decoctione quibus lac amigdalinũ dulce ⁊ recens veluti cõueniens valde. aligari. pulpas ex tranſuerſo minutim incidi deinde tundi precipiunt ſicq̧ laudatiſſimum habetur in regimine ſenectutis: ita vt eius etiam quantitas modica plurimũ nutriat. eo enim veluti optimo vtuntur in reſumptione conualeſcentiũ quoꝝ ⁊ ſenum eadem eſt ars. tum temperie ſua cũ declinatione

ad calidū ⁊ humidum. Jd vo notū ſit natura eoꝝ q̄ ad il‑
lius ꝯpoſitionem ingrediunᷓ: carnis vȝ cuius ex iam dictꝭ
natura nota eſt. ⁊ decoctionis p̄cipue pulloꝝ ⁊ volatiliuȝ
aīaliuȝ iam dictoꝝ cuius eſt equare humores oēs: magis
tn̄ que pulloꝝ eſt lȝ ea iuſcula q̄ ex decoctione gallinarum
fiunt alibilia magis ſint ꝯplexionemqȝ Judeo auctore ad‑
aptent. conferūtqȝ corporis defecti augende pinguedini.
Lac aūt amigdalaꝝ qđ eaꝝ ſauich ſiue ſuccū dicunt. etſi
graue ſit ſuaqȝ dulcedine colerā cōmoueat vt Auic̄ ſcribit
in hoie quippe natura atqȝ etate calido. in ſenibꝰ tn̄ id nō
efficere putandū eſt. quoꝝ natura frigida eſt relatione iu‑
uentutis ſuccus amigdalinus leuior eſt corpore amigda‑
le laudatū prebens nutrimentū: lȝ modicū. cuius naturam
equalem ad humiditatem parū decliuem produnt.

¶ De Pane cocto.

P Anem liquore aliquo ſenectuti ꝯducente ꝯcoquen
dū ſiue infundendū eſſe iubent: decoctōe p̄cipue car
nis alicuius laudatoꝝ aīalium. ſicqȝ reſumēdos eſſe ſenes
nāe precipue frigide ⁊ ſicce in autumno ⁊ in regione ſep‑
tentrionali. ſi enim ꝯdimentū hoc ex pane fuerit fermenta
to p̄cipue tn̄ loto. ſic enim ab eo auferunᷓ fermenti quali‑
tas. ſiccitas ⁊ viſcoſitas. ſanguinem fortem ⁊ bonū humi‑
dumqȝ dare macillentis ⁊ gracilibus ſiue extenuatis coꝝ
quoqȝ pinguedini conferre. alere. ⁊ celerius deſcēdere ex
ſtomacho. ventrem ſubducere. tuſſi ⁊ aſperitati canne pul
monis mederi inter auctores ꝯuenit. eiqȝ ſuperaſpergere
aromata: quoꝝ deſcriptōem paulo poſt dicemus. Hic eſt
panis ille q̄ vt teſtaᷓ Auer. poſt bonitatem cibi excepto pa
ne eſt panata q̄ in natura ꝓxima eſt equalitati. Huic ꝓxi‑
ma panificia gn̄a ſunt q̄ oīa lȝ firmiſſima ſint auctore Cel.
elota tn̄ quedā frumenti genera imbecilliſſimis annumera
ri pn̄t: vt alica. orizia. ptiſana. vel ex hiſdem facta ſorbitio

vel pulticula, ⁊ aqua quoqꝫ madēs panis, ⁊ oīo ea potio q̄ ex frumēto ē firmioꝛ lꝫ aqua oīm imbecilliſſima ſit.

## ¶Sūma diuerſaꝝ conditurarꝝ.

f Junt p̄terea cū carne ꝯdimenta ſiue edulia pleraqꝫ in regimine reſumptiuo laudata; ſicuti in pꝛimis auctoꝛe Albuchaſi eduliū ex carne fricta p̄parata cū aceto ſale ⁊ aromatis ⁊ ſeminibus calidis digeſtioni ꝯducentibus ſenibus nature frigide et humide hyberno vernoqꝫ tempoꝛe conueniens, appetentiam enim cibi excitat, aufertqꝫ eructuationem, humoꝛes attenuat ⁊ pituitā ſcindit. Edulium quoqꝫ ex carne ⁊ ouis compoſitum, ⁊ quod ex carne ⁊ oꝛizia lacte, zucaro, ⁊ pinguedine gallinacea cum aromatis earundem virium pꝛodunt, alimentum eniꝫ dāt temperatum omni etati conducens; pꝛecipue tamen naturam habentibus equalem hyberno tempoꝛe ⁊ in regione temperata, nā depurare intellectū, delectabiliaqꝫ ſomnia inducere ſcribit Albuc̄. Oꝛiziā q̄ꝫ ⁊ miliū cū lacte p̄parata p̄cipue capꝛino puro ꝯſimilis virtutis eē; nā alimentū pꝛebet iuuātius valde oī nature tēpate oīqꝫ etati pꝛecipue tū verno tp̄e ⁊ in regionibus tēpatis; qꝛ etſi oꝛizia ⁊ miliū ſicca ſint; eoꝝ tū ſiccitati humoꝛ lactis aduerſat̄; ita vt reſultans ex eis ad mediocritatem tendat que cū zucaro eſa celerit̄ ꝯcoquunt̄, ꝓhibent̄qꝫ opilatōeꝫ adducere. Sūt pꝛeterea huius ſumme (vt ſcribit Albuc̄.) edulia ex carne cū aceto in vaſe ſillem ꝯcocta; cuius oꝛificiū creta ſiue paſta obſtruit̄, q̄ ſenectuti eſtiuo tp̄e ⁊ in regionibus calidis vtilia eſſe affirmat; nam ſtomacho flegmatico ſubueniunt Ea nature tēpate ponit in calido ⁊ frigido decliuia tū ad ſiccitatem, flegmatiſqꝫ ſciſiua ſunt. Decoctio ciceꝝ ſenibus nature frigide verno tempoꝛe ⁊ in regione ſeptentrionali idonea eſt; nam aperit ⁊ mundificat venas capillares, epat̄ meatuſqꝫ vꝛine, pꝛeſeruatqꝫ ab arenulis ⁊ cal-

culo quibus frequenter affligitur morbida ſenectus. De coctionē hanc ſic facito: cicera ipſa ponderis libre vni⁹ in aq̄ dulci fluuiatili ponderis librarꝫ viginti ꝑ noctē remolllito. ⁊ in eadē aq̄ in qua infuſa ſteterint die ſequēti incoqto pluribus feruorib⁹ facili ⁊ lenta decoctōne. deinde col lato: cuius co llaturā ꝓcipue plurima nō precedente deco ctione ſeni inſtāte hora refectiōis cū ſalis modico ⁊ aromatis eſui dato. eſt quippe eduliū hoc cibus medicinalis ſenectuti plurimum conducens. humiditate enim cicerum bauracbia cum caliditate ſubtili expanſa in ſuperficie cor ticis eorꝫ per feruorem derelicta in aqua. redditur aqua illa abſterſiua. lotiua. opilationū tam precordiorꝫ q̄ȝ nutritiuorꝫ ⁊ meatuū vrine aperitiua. calculi ꝯminuitiua. viſcerūq̄ȝ mundificatiua vt Johēs Nazarenus auctor eſt. qa tamen ſitim non aufert cū ſeminibus papaueris corrigen dam. Si autem aqua illa vlteriorem recipiat percoctiōeȝ quoad acquirat mediocritatem inter tenue ⁊ iunctum fit cibus laudatus ad egritudines flegmaticas. verꝫ oportet vt collatus prebeat̄. ex ciceribus aūt a quibus iā expoliata fuerit nitroſitas iuſcula fiunt venerem concitātia q̄bus corꝑis pinguedo auget̄. carnis color viuidus efficit̄. edu liū aliud carnem aīalis alicuius in reſnmptiuo regimine laudatā minutim precidito: in decoctiōeq̄ȝ carnis laudati chimi ꝑcoquito: q̄ꝺ quia pinguedini confert. ſanguinēq̄ȝ dat equalem. mirū in modū laxitudini ab exercitatiōibus ſuꝑuacuis ſiue a ꝯcubitu frequentiore ſiue ab accidentibus aīe euenientibus. concoctōeȝ quolibeat mō retardan tibus: ſicuti ſunt langor. ⁊ timor. vtile eſt: nam maior pars ſubē carnis illius eo mō ꝓparate decoctioni ꝯmiſcetur in eāq̄ȝ ꝑmutat̄ ideo facile eſt virtuti imutatiue eā in ſangui nē ꝯuertere ⁊ exinde corpus reſumi. ꝑꝑ q̄ꝺ ſenibus nā tē peratis in regiōib⁹ temꝑatis verno ꝓcipue tꝑe ꝯceſſuȝ ē.

eduliū ex carne fricta prius, deinde cū acetoſis preparatum ꝛ dulcibꝰ q̄ ſubfrixa dicunt ſenes nāe frigide hyberno tpe ꝛ in regiōe ſeptētrionali ↄceſſit; nā ſtomachū hn̄tibus humidū ſubuenit, virtutē memoratiuā repare affirmat, ideo ꝛ quibus accidit obliuio idoneū eſſe, eduliū ſuffrixū aſſatū plurimū eſt alibile, inanitū ſenem replens, humorem in ſanguinem celerius ↄuertens, atqꝫ virtutē vitalē reparās Eduliū ex carne cocta ꝛ ouis ſimul mixtis que ziburbegi arabes appellant earundē viriū eſt. Cocetū q̄ꝫ ad ſomnū reparandū ſenectuti reſtaurāde aliqn̄ ↄducit, eſt eniꝫ cocetū genus edulij ex melle ꝛ papauere factū. Sūt q̄ꝫ edulia ex ouis ꝛ butiro facta ſiue per elixatiōem ſiue p frictionē in patellis ꝛ hoꝝ precipue que ex ouoꝝ vitellis abſqꝫ liquore, albo butiro, aromatis, ꝛ zucaro, alimenti laudati calidi ꝛ humidi. Neqꝫ ſilentio inuoluantur in regimine reſumptiuo iuſcula decoctione laudate carnis cum liquore aliquo dulci vel auſtero condita. Sūt ꝛ alia generoſa obſonia; ſicuti mirtata, ſaluiata. Alia vulgaria; ſicuti rapata, alleata. Huius generis etiam eſt intrita, i, cibus de alleato mortario factus. Et apud romanos nr̄e etatꝭ glorioſa caulata, quoꝝ oīm aliqua ſenes vt iuuantia veſci iubēt. Ad ventris ſenioꝝ ſubductionem neqꝫ preterire fas eſt edulium ex oleribus ventrem leniētibus oleo ſiue butiro aut quouis vnctuoſo ꝛ ſale compoſitū quo veſcant ſenes in primis menſis, olera autem ad hoc idonea ſunt blitis, anetū, petroſelinū, apiū, malua, mercurialis, ꝛ que hmōi hn̄t vſus rationem.

### De Moreto cuius ſapor ad intinctus ſenioꝝ cōmendatur.

b Orum vſum inuenit ingenioſa gula embamatibus idoneū, i, imerſiōibus ad intingendū panē in eis aptū excitāde appetentie vl' voluptatꝭ grā, eis eni docemur

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

neceſſario.alimento delicias imiſcere . quoꝝ vſum etſi in regimine ſanoꝝ corpoꝝ Cel.dānauerit tanq̄ inutilē ſic ēt condita omnia.tū quia plus cibi propter dulcedinē aſſumit:tū etiā ⁊ quod modo par eſt aſſumptum egrius cōcoquit. attū in regimine reſumptiuo ſenioꝝ precipue quoꝝ appetentia fere mortua eſt perq̄ vtilia eē eſt res nō ignota.quoꝝ varij ſunt modi in regimine reſumptiuo non repellēdi:quos variari oportet iuxta tempoꝝ anni.ſenioꝝ naturaꝝ tā īſequentiū formā q̄ materiā. regionū ⁊ alioꝝ his que annectunt differentias:ſicuti ſunt que conficiunt ſaba ſiue defruto: quod eo valentius eſt quo magis incoctum eſt.melle.zucaro.aut vino.hmōiq; ſuccis dulcedini attinentibus. aut ea que cōmiſcent ſucco vuaꝝ acerbaꝝ. granatoꝝ.citranguli.citri . aut limonis.tartari.aut herbe acetoſe.ſeu ceraſoꝝ paruoꝝ acriū ſtipticoꝝ.ſiue ipō aceto ⁊ hmōi ſuccis.auſteritati.ponticitati.acredini.aut acetoſitati atteſtantibus.quibus etiā annecti volūt ſuccos ſtipticos ſicuti eſt mirtatū ipm . plerūq; enim cōmendat ſapor adintinctus additis mirtis:vt refert Plinius . His itaq; liquoribus additis aromatis.amigdalis.vel aſſo pane.nucleis.alleis.vel acrumine aliquo ⁊ oleribus ceu ſerpillo. menta.ozimo.pullegio.origano.ſaluia.ſanſuco.⁊ ꝯſimilibus ſeorſum vel cōiunctim voluptas cibis affertur:quoꝝ eſus laudat in regimine reſumptiuo ſic ⁊ obſonia pleraq;.

¶Deſcriptio ſpecieꝝ aromaticaꝝ regimini ſenioꝝ vtilium. Ca.xxxvi.

a Augeri vires ſenectutis atq; eiuſdē calorē innatum excitatū reparī ſcribūt peritiores vſu aromatū. fieriq; humiditatū ſeroſaꝝ q̄ plurime ſunt in ſenio ꝯſumptionem nec minus aduerſari nōnullis accūtibus ſenectutis comitibus.dicēte Auic.q̄ zinziber ⁊ aromata ſunt ex eis q̄ ſenibus ꝯferūt:ſi tū i eoꝝ vſu obſeruet vt quātitas ea ſit qua

duntaxat calfaciant ⁊ concoctioni conducant:non aũt ea qua corpus deſiccent.iã eni3 ex determinatis innotuit alimenta ſenectutis humectãtia eẽ oportere. ab aromatꝫ q̃3 corpa ſenilia nõ ꝑpatiant niſi virtute calefaciẽdi.ↄcoctionẽqꝫ reparandi.nõ aũt ẜm ſemitã ſiccandi. Qꝫ etſi plura ſint aromata regimini ſenectutis accõmodata:attñ ſalutarem hanc mixturã laudauere magis in hũc modũ: Cinamomi accipito electi.boni.ſ.odoris.acuti ſaporꝫ.ſine mordicatiõe.coloris nõ ↄmixti.ſuo odore oẽm aliũ obumbrãtis.partem ſiue terciã mediã 3in3iberis.galãge.piperis añ drac.ij.croci drac.i.gariofali nucis muſcate añ drac.℥.3ucari albiſſimi vn.i.⁊ ſemis.ſingula hec ſeꝑati3 ſubtiliſſime tũdito. deinde miſceto. q̃ ꝓ cõdiendis ſenũ edulijs vtilia ſunt.in quoꝝ tñ vſu hñda eſt rõ nature ſenis.regiõis.exercitij.artis.tꝑis anni.⁊ alioꝝ q̃ iſtis ↄtinuant.q̃3tum aũt cõpoſitio hec in regimine reſumptiuo idonea ſit inſpecta natura ſimplicis vniuſcuiuſqꝫ eam ingredientis facile eſt cognoſcere.

## ¶De Cinamomo.

c Jnamomũ calidũ in fine gradus ſecundi ad terciu3 vſqꝫ.ſiccũ vero in eodem hilaritatem inducere aſſeuerant.iuuari aũt ad hoc aromaticitate ſua ⁊ fortitudine cum tenuitate Auic.ſcribit.ita vt conferat etiã iuuamento tiriace.virtutis eſt attractiue atqꝫ aꝑtiue.aduerſari putredini.⁊ corruptionem iam factam rectificare. cori3eqꝫ plurimũ ⁊ obſcuritati viſus mederi.pectus lenire. ⁊ a ſuꝑuacuis purgare.tuſſim auferre.opilationes epatis aꝑire. ſtomacho ſubuenire.ita vt humorem in eo congeſtu3 ſiue aliunde defluxum exſiccat. ⁊ omnino vtriuſqꝫ ſtomachi v3 ⁊ epatis concoctioni opitulari.dolores renũ inhibere. Scribit Auerrois ꝙ cũ cinamomũ ex medicinis ſit in quibus inueniunt aromaticitas.ſtipticitas.⁊ acumen (q̃ oĩa naturam illius inſignem oſtendunt) corroborat etia3 oĩa

membꝛa.neqꝫ emulatur alteri:tum aromaticitate: tuꝫ etiã
virtute reſiſtendi putredini ⁊ coꝛruptioni pꝛecipue ſtoma
cho contingenti. Galienus quoqꝫ in libꝛo experimentoꝝ
auctoꝛ eſt cinamomũ rem vtiliſſimã eſſe ad ſtomachi frigi
ditatem:quam cruditatem dicunt:ita vt purget humoꝛes
in eo exiſtentes mira quadam eius pꝛopꝛietate vt liceat
fateri illud verſificatoꝛis:

Non moꝛietur homo ſepe comedens de cinamomo.

Ferunt qꝫ ipm̃ venenis ſua virtute tiriacali aduerſari.

¶De Zinzibere.

z Inziber calidũ graduarunt in fine gradus tertij:ſic
cum ṽo in ſecũdo.conferre obliuioni virtuti memo
ratiue eius operotionem augendo ſubuenire. humoreſqꝫ
in partibus capitis ⁊ gutturis atqꝫ viſus obſcuritatem ab
ſtergere.concoctioni opem pꝛebere inter auctoꝛes conue
nit.Auicenna auctoꝛ eſt zinziber exſiccare humoꝛes ſto-
machi accidentes ex eſu fructuũ ſicuti ſunt melones ⁊ ſi-
miles.ſtomachum excalfacere.opilationem epatis apire.
aluo imperare Iſaac affirmat.⁊ omnino eſt de conferen-
tibus in reparatione digeſtionis ſenectutis ⁊ venenoſoꝝ
moꝛſui. ¶De Galanga.

e Am calide ⁊ ſicce nature in gradu ſecundo ad ter-
tiũ vſqꝫ poſuere.attenuatiuã.inflationũ diſſolutiuã.
halitum iocundioꝛem efficere.in regimine ſenũ idoneam.
nature pꝛecipue frigide ⁊ humide hyberno tempoꝛe ⁊ in
regione frigida.concoctioni ſtomachi mirũ in modũ auxi
liari.eligenda eſt radix craſſioꝛ.

¶De Pipere.

h Oc calidum etiam ⁊ ſiccuꝫ ſm̃ tria eius genera ad
gradus vſqꝫ tercij finem ſcribunt.cibi appetentiã ex
citare.inflatiões craſſas diſſoluendo exterminare ſm̃ oẽs
eius ſpecies.humoꝛes in ſtomacho congeſtos ⁊ in parti-

bus illi adiacentibus ad infima propellere Judeus refert Quare et ſenio non inutile: precipue quia etiam eius moderato vſu refrigeratis neruis, tuſſi antique, ventris torminibus medetur, vrinam citat, et omnino habentibus naturam frigidam vtile habetur.

## ¶De Croco a Corico oppido Cecilie nuncupato.

n Aturam croci calidam in ſecundo: ſiccam vero in primo ſcribunt, rebus cordi et ſpiritu vitali robur afferentibus annumeratur: nam letificat, illuminat, dilatat, et ſolidat eorum ſubſtantias vt Auicenna inquit. adiuuatur autem ad hec omnia aromaticitate, ſtipticitate, diſſolutione plurimum in eo dominantibus ad quas ſequitur digeſtio, ſtomacho quod vtile est: nam virtuti digeſtiue conducit, ſtomachum incoriat vt ait filius Serapionis, ſua puncticitate, et fortificat epar vrinam citat, venerem ſtimulat, colorem meliorem efficit, propterea quod delet acetoſitatem ſtomachi illam precipue que facit appetitum, replet cerebrum; ita vt vino commixtum iebriet, viſum obtenebrat et ſenſus, itaque regimini reſumptiuo idoneum eſt, quamuis tamen appetitum cibi aufert cum alijs aromatis in pauca quantitate ſit eius vſus, nam nimio vſu letificat donec faciat inſaniam: imo frequens eius eſus dilatat ſpiritum et mouet ad extra donec occidat, eius doſim ad hoc Auicenna non ponit; verum Johannes Serapionis drac. iij. aſſignat.

## ¶De Gariofilo.

e Jus naturam calidam et ſiccam ad gradum vſque iij. poſuere, iocundiorem odorem corpis efficit, viſum abſtergit, vomitui et nauſee aduerſatur, ſtomacho et epati idoneum.

## ¶De Nuce Muſcata.

h Anc quod calidam et ſiccam in fine gradus ij. Muſa probat halitum iocundiorem efficit, viſum reparat, ori ſtomachi epati lyeni idonea est, vomitum compeſcit, appetentiam cibi ſuſcitat.

## ¶De Fructibus. Cap.xxxvij

q Voniã fructibus plurimũ delectationis gratia ve-
ſcimur a frumine appellatꝭ que eſt eminẽs pars gut
turis qua alimentis fruimur:ideo eoꝝ naturas quibus cõ
muni hominũ eſu vti ꝯſuetũ eſt deinceps dicemus: vt eli-
gantur hi quos in reſumptiuo regimine laudarunt ab eo-
rum horarijs exordiendo.

### ¶De fructibus horarijs ⁊ precipue de me-lonibus ⁊ Cucurbita.

g Alienus auctor eſt horarios fruct⁹ grecos appella
re nõ eo ſolum quia fiant in hora anni quã greci di-
cunt tempus caniculare in quo orit̃ ſtella canicula. quod
tempus eſt dieꝝ quadraginta cõi ꝯputatõe deſcriptũ a.x.
die.q̃ntilis.ad.xx.vſqꝫ ſextilis mẽſis:ſed ideo horarios di
ctos vt qui reſeruari diuturniori tp̃e eoꝝ natura nõ pati t̃
diſtinguant̃ ab alijs fructib⁹ q̃ ad reponendũ ſunt idonei.
Sunt aũt hi horarij fructus ſic̃ melo ſiue pepo.cucurbita
citrullus.⁊ battheca:qui oẽs etſi cõmuni medicoꝝ cõſen-
ſu humidi ſint facile conuerſiui in eum humorem quem in
ſtomacho exuberantẽ inuenerint.rõe tñ nature eoꝝ in fle-
gma facilis ſit tranſitus. lꝫ rõne ebulitionis in coleram vt
pleriqꝫ volũt:qui cũ nõ digerunt̃ ſtomacho ſunt noxij.vo
mitũ.fluxum ventris.inteſtinoꝝ tormina.inflationẽ. ⁊ ru-
gitum.cibiqꝫ abominationẽ adducũt:precipue alijs cõmi-
xti alimentis ⁊ oĩo ſunt putreſcibiles. mãe imbecilliſſime
vt ait Cel.facile ex corpore ſegregabiles.ſm ventrẽ ſece-
dentes ⁊ hoꝝ p̃cipue qui aliq̃d nitroſitatis hñt ⁊ abſterſi
onis:ſicuti pepo cui⁹ gratia vrinã mouet.Sintqꝫ mali chi
mi propter q̃d in regimine reſumptiuo nõ oĩo cõceſſi.me-
lonẽ tñ dulcẽ ſenibus nãe flegmatice in autũno ⁊ in regio-
ne temperata Albuchaſis concedi iubet.ſenib⁹ inquã pre
cipue itinerib⁹ defeſſis vel quolibeat alio modo calfactis

nam ſepticam.i.refrigeratoriam vim habet cũ nature ponatur frigide ⁊ humide ad gradũ vſqꝫ.ij.frigiditate humiditati ſubdominãte. quare ⁊ laſſitudinem. inflamationem ⁊ calorem ſedat. Poſt cuius eſum vinum non conuenire Auič.auctor eſt; ſič neqꝫ poſt eſum fructuũ humidorꝫ. cui ſubſecuta etas alacriter vino meratio aſſueta congaudẽs cõtradicit. Aut enim vinũ poſt melonis eſum ad contemperandã eius frigiditatem cõuenit. aut ſi nõ conuenit melo nature calide graduatur; ſicuti de quadã melonis ſpecie Albuchaſis ſcribit. qui dulcis eſt valde. maturus. celeriter ad venas penetrans. febres vrentes adducens in regionibus galieni non compertus. Poſt cuius eſum ſirupus acetoſus aut oxizachara ſalutaris eſt. Preceptuꝫ tamen eſt melonem ſtomacho ieiuno ab humoribus viciatis purgato edendũ eſſe. differendãqꝫ aliquanto tp̃e alterius alimenti inſumptionem ⁊ poſt eius eſum deambulationem iuuare; quod ſi cũ ſeminibus ⁊ eius meditulio edatur magis abſtergit. eſtqꝫ ad arenoſos renes ⁊ veſicã valentior. Melonis frequentem eſum modũ excedentẽ damnauere. colicã enim adducere Raſis ſcribit neruiſqꝫ ſui humiditate inimicari confeſſum eſt. Cucurbitã Romanã nõ ingredi in medicinis neqꝫ refrigerare neue calfacere ſed ſolum delectatõis gratia adminiſtrari Auič.auctor eſt. Criſippus vero medicus eam damnabat in cibis. ſtomacho tñ excalfacto. precipue vtiliſſimã eſſe inter auctores conuenit percocta aut condita. Unde Celſus cucurbita elixa ſtomacho idonea eſt ⁊ refrigerat. rebuſqꝫ aluum mouentibus annumeratur. in regimine itaqꝫ reſumptiuo aliqñ recipienda eſt aromatibus condita.

¶De fructibus nõ horarijs ⁊ imprimis de Ficu.

ſ Icuti fructus de quibus pauloante habitus eſt ſermo humidi chimi ſunt; ita ecõtra qui nõ horarij ſic

cam cõmaſſationem habentes manſiuum ſolidum ⁊ terre ſtre alimentum dare ferunt, qui v̂o ex eiſdem humidã, humidum, paucum, tenue, facile a corpore ſegregabile. Hos v̂o fructus ſurculorum appellat Celſus; quorum omniũ eius ⁊ peritiorum conſenſu, vue, fici, nuces, ⁊ palmule valentiores ſunt id eſt plurimũ alentes his que poma ab opimo id eſt fertilitate dicta proprie nominantur, atq; ex his ſpis firmiora que ſuccoſa q̃ q̃ frigida ſunt. Ex qbus omnibus pre fructibus aliis fico in reſumptiuo regimine per anthonomaſiam ſenes veſci preceptum eſt, recenti quidem, ſiue viridi, complementum maturitatis habente, ⁊ horum precipue alba quam glubire id eſt corticem detrahere preſtat, eo q͏̄ cum eius temperie decliui tñ ad calidum in medio gradus primi ⁊ equalitate fere in humido ⁊ ſicco cuȝ tenuitate eius in modo ſubſtantie, celeritate maturitatis, ⁊ penetratiõe in pectore ⁊ ſtomacho imo i toto corpe cũ difficultate corruptionis eius in regimine ſenum nature frigide in autumno ⁊ in regione temperata apud medicorum peritiores in magnis laudib⁹ habetur. Cuius cutis ſiue cortex etſi concoctionis ſit difficilis, grana quoq; ſiue ſemina nutrimenti nullius ſint; caro tamen eius alibilis eſt aluoq; imperat. Diaſcorides auctor eſt ficuȝ ſitim auferre quod verum eſt de ea ſiti cuius cauſa eſt ſalſuȝ flegma vt inquit Auicenna, ſudorem prouocare, a veneno preſeruare, ⁊ omnino pre cunctis fructibus cum ſui bonitate proxima eſt ad hoc vt non noceat, ⁊ in nutriendo valentior, precipue ea que permatura eſt, proxima ad hoc q͏̄ inareſcat. Ficus rubea poſt albaȝ magis laudata eſt, deinde nigra plurimum matura, ⁊ horum omniũ que duricoria nõ eſt. Sunt autem regiones nonnulle optimam ficum ferentes; ſicuti agrum tuſculanum ad victum optimam ficum ferre Marcus Varro ſcribit. Siccam autem ficum rotun

ditati attinentem quam tartaroſam Albuchaſis nūcupat vt conducentem regimini reſumptiuo recipiendam iubet. eorum precipue ſenum quorum natura frigida eſt verno tempore ⁊ in regione temperata. fici nanq3 ſicci natura calida eſt fere in principio gradus ſecūdi. ſicca vō in medio primi ceteris fructibus magis alibilis magiſq3 inflationis habens. aluo imperās. arida ⁊ viridis: ſed magis viridis. Scribit Auicenna q̄ eius alimentum lic3 nō exiſtat in robore nutrimenti carnis ⁊ granorum: eſt tamen vehementioris roboris nutrimento omnium aliorum fructuum. Ficus ſicce caryce a copia nuncupate eo q̄ vt aiūt ſunt. xx. aut. xxx. in vna maſſa. pectori. dorſo. renum extenuationi. aſperitati gutturis. opilationibus epatis ⁊ ſplenis. renibus arenoſis vtiles aſſeuerant. depurant enim ⁊ aperiūt non tamen libere ſunt ab īnflatione ⁊ ventoſitate. Leuioris ſubſtantie omnibus aliꝭs eſt ficus alba cuius chimū eo laudatiorem Iſaac Iſraelita affirmat quo cum nucibus erit illius eſus. deinde cum amigdalis. ſic enim minus inflat. Veruntamen ſanguis genitus ex fico: precipue ſicca non omnino bonus eſt. Propter quod vſu eius fiunt pediculi in corpore. propellit enim nutrimentum ad ſuperficiem corpis. excalfacit inſuper. ſitim inducit. noxia eſt ſpleni. ⁊ epati duritia aut tumore incraſſatis vt Albuchaſis refert. Hec nanq3 duo membra natura quadam appetunt dulcia. eaq3 celerius debito attrahūt a ſtomacho ⁊ ab his que ſunt natura eis ſimilia que attracta cum digeſtione incompleta opillant meatus eorum ⁊ ita craſſities eorum augeſcit. Signum autem huius eſſe aiunt q̄ in epatibus animalium que ficis veſcuntur apparet craſſities quedam cū bonitate saporis illorū animalium ⁊ pinguedine. ſunt enim aues ille plurimū alibiles quorū eſus venuſtatē coloris affert. ficus eni3 dicta eſt quaſi ſicoſi grece. i. quia

epar incraſſat. primi fici apparentes in arbore quos groſſos dicũt: et ſunt fici flores oĩo repellendi. ſunt. n. praui nutrimenti et humidi illaudata humiditate ſuperuacua.

¶ De Uua ita appellata q̃ſi vuida: q̃a intrinſecus eſt hũore. ſucco. et pinguedine plena.

i Nter fructus ficus et vuas ope quaſi capitales magis oĩbus horarijs alibiles. minimeq; cacochimos eẽ Gal'. ꝓdit. Uuaꝝ autem cum multa ſint genera. ex precoquis. purpureis. duracinis. dactileis. ceraneis. cydonis. eam in regimine reſumptiuo precipue ſenioꝝ nature frigide in autumno et in regione ſeptentrionali cõmendat Albuchaſis que alba et permatura eſt. magna. corticis tenuioris. aquoſaq;. et precipue ea que poſtq̃ lecta eſt diebus aliquot corrugatis iam azimis ita vt flacceſcat: nam alia que eadem hora qua legitur ad eſum venit laudatior habita eſt. in primis menſis edenda eſt: nature calide in primo: humide ṽo in. ij. ponitur. laudatum alimentuꝫ prebens. ſtomacho idonea: aluũ mouet precipue recens pinguis. alimentum eius ſimile eſt innocentiuſq; non minus q̃ id qđ ficuũ eſt: excepto qđ vbi ficus dũtaxat in ſtomacho aut inteſtinis inflationem facit. Uua in omnibus digeſtionibus ventoſitatẽ adducit vt Auerrois ſcribit. vua etſi copioſi ſit alimenti: minoris tñ q̃ ficus: ꝙ etſi celerius ex ea augeſcãt corpa. alimentũ tñ eius non eſt manſiuũ et compactũ ſicuti id qđ ex carne fit imo laxum fere et vanũ ſiue imanſiuũ. aliena eſt ſtomacho. inflatq; p̃cipue recens ſitim adducit. ideo cũ granatis acetoſis edenda eſt. Scribit Auicenna eã noxiam eſſe veſice: quod de paſſulis nõ audiendum eſt.

¶ De Paſſulis.

b Arum proportiõeꝫ ad alias vuas ſilẽm ſcribit Gal'. ꝓportiõi ficus ſicce ad virentẽ ficũ. ſunt. n. ĩ calore

temperate vt Raſis inquit:vel ſaltem nature calide ⁊ hu
mide.digeſtionis celeris.ſi(vt decet)maſticent̄ in regimi
ne reſumptiuo plurimū accōmodate ſenū precipue quorū
natura frigida eſt hyberno tpe ⁊ in regione frigida. eligi
volunt eas q̄ nigre ſunt.parue.tenuioris corticis.carnoſe
pingues.dulcedinis pure ſine arilis. ⁊ corinthiaꝝ paſſu-
larum ſua gloria eſt. earum vires ſunt plurimum alere.
humiditates mūdificare. aluo impare.ſtomacho ſunt ma-
gis idonee.ficis.pectori. ⁊ pulmoni ſalutares eorum vi-
tijs medentur. renibus. ⁊ veſice. vt eſt apud Auicen-
nam:epati precipue peculiariter ſubueniunt. malam eius
complexionem remouent. eidem dant alimentum lauda-
tum. opilationem nequaq̄ inferentes quā adducunt da-
ctili.ideo medent̄ fluxui epatico lotiuo difficili. Refert fi-
lius Serapionis paſſulas tardius recipere putrefactionē.
ex totaq̄ eoꝝ ſubſtantia epati ꝯuenire operationeſq̄ vini
earū debiliores eſſe operationib⁹ alioꝝ vinoꝝ ⁊ poni po-
teſt loco alterius vini.qa tñ ſanguinem comburūt vt inqt
Albuchaſis:precipue cū eaꝝ eſus ſit imoderatus auctore
Judeo.ideo cū citrullis recentibus eis veſci oportere.

## ¶De Dactilo.

c Um dulcis fuerit dactilus maturitatem ꝯpletā at-
tingēs quem cariothū Gal'.appellat ſeniorib⁹ natu-
re frigide ⁊ humide hyberno tpe atq̄ in regionib⁹ ſepten-
trionalib⁹ vtilis eſt. cuius natura calida eſt ⁊ humida ad
gradū vſq̄.ij.magis digerit̄ ſiccis ficis.magiſq̄ vrinā mo
uet.laudatior eſt cuius ortus eſt in regionibus calidis:nā
dulciſſimū ⁊ viſcoſum celerius digeri aluoq̄ imperare ꝓ-
dunt.lȝ parū ſit eius alimentū. Galienus auctor eſt opti-
mū eum eſſe q naſcit̄ ſm paleſtinā ſiriam in ierico.humid⁹
ſicco deterior putat̄. Scribit Theodorus priſcianus da-
ctilum eſſe alibilem.ventrem tñ aſtringere.⁊ ſtomacho ad

uerſari.epati opilatiões inferre.caput apoſtemare. maliq3 chimi eſſe. emoroydes inſup ⁊ doloré capitis adducere. craſſi ſanguinis gñatiuũ.digeſtioniſq3 difficilis Judeus af firmat.pp q𝔡 cũ papauere ⁊ aq̃ roſacea veſcendũ iubẽt. poſt cuius eſum laudate ſunt lactuce aceto condite.

¶De malo q𝔡 grece Melum.i.dulce dicit᷑

e Tſi pomoꝝ materia imbecilliſſima ſit Cornelio cel ſo auctore ⁊ oĩo pomũ quodcunq3 accidũ vel acer⸗bum mali ſucci ſit:malũ tñ dulce in regimine ſenum natu⸗re calide omni tempore ⁊ in omni regione laudatur. eius nanq3 naturam humidã eſſe in medio gradus primi cũ ten dentia ad caliditatem inter auctores conuenit. cuius ſpe⸗cies varie ſunt ceu matianũ ſic nuncupatũ ab Hiſpanie lo co vt inquit Jſidorus:cui peculiare eſt cor exhilarare.vi⸗reſq3 eiuſdem reparare.adiuuant aũt ad hoc eorũ aroma⸗ticitas ⁊ dulcedo.eſtq3 in ſemita alimenti ⁊ medicine ideo confert ſpiritui ipſum.tum nutriendo temperando. tũ etiã rectificando ſua ꝓprietate vt eſt apud Auicennã.Eſt pre terea ⁊ huius generis pomoꝝ id q𝔡 Hieroſolymitanum eſt:q𝔡 oĩbus alijs ſpeciebus temperatius putauit Albuc̃. deinde quod leſ banũ focanũ ⁊ malcium.Auicẽ. tñ ex ma lis temperatius dixit aſcaniũ. cordi enim idoneũ eſt preci pue redolens de ſeni.in climatib⁹ v̊o noſtris ante hec no ſtra ſecula precipue ſtomacho idonea habita ſunt ſic̃ malũ orbiculatũ vt Celſus ꝓdit.ſcandianũ.amerinum.appianũ ab appio e claudia gente appiana cognoiatum vt refert Plinius:q𝔡 ⁊ Paulus in maximis laudibus hẽt. Sunt enim mala appia ꝑdulcia q̄bus abundat Roma cũ adia⸗centib⁹ locis.quoꝝ laus eſt cõiter vulgata:Oĩa mala ma la ꝑter mala appia.Odor eſt his citoneoꝝ magnitudoq3. Poſt illa accedũt ⁊ mala roſea q̄b⁹ Bononia ⁊ Roman diola abundat.Repellenda ſunt calamana:q̄a nõ ꝑdulcia

quecunqꝫ tñ ex his vehementis ſunt dulcedinis tempera mento accedentia ſi decocta fuerint ſui aromaticitate ſto-machũ precipue calidũ roborant. anime leticiã afferunt ⁊ cõtinentiã vt ait Albucbaſis; decorãt. ſuiqꝫ odore cordis cerebri virtutem totonitam habent. i. confortatiuam. ſic enim appellat Caſſius felix. Quia tñ quorũlibet malorũ alimentũ deterius eſt quolibet alio fructu Rabi Moyſe auctore eo ꝙ ſui proprietate ventoſitatem inducũt neruis ⁊ lacertis; cuius diſſolutio difficilis eſt. propter quod dolorem neruoꝝ inducunt ⁊ proprie ex eis vernalia vt Auicenna prodit; cum zucaro vel melle roſatis veſcendos iubet Albucbaſis.

## De Piro.

P Iri alimentũ ſenibus nõ modo imo etiã valentibus oneroſum eſt; niſi dulce fuerit. aromaticũ. ſapidũ. ⁊ fragile fere veluti aq̃ zucari coagulata aut ꝯgelata. nõ arenoſum. laudati q̃ſi purpurei coloris. iocũde olens. corticis tenuioris. ꝑmaturũ. Pira. n. his dotibus decorata ſunt in q̄bus nõ eſt nocumentũ vt Auic. ſcribit. ſtomacho idonea vt ait Celſus q̃le cruſtuminũ aut meuianũ eſt. Item pira q̄ reponunt̃ tarentina atqꝫ ſignina. noſtro aũt ſeculo ſicuti pira glaciala ꝑmatura; dequibus Poeta;

Et glaciale pirum ſeſe cõmendat vbiqꝫ

Deinde ſunt muſea ⁊ ſementina. ⁊ pira ricarda Rome ſic appellata plurimũ galacialibus ſimilia. priſcis tamen temporibus in magnis laudibus habebantur pira dolobelliana. cruſtumina. regia. veneria. volema. veniana. lateriſiana. decimiana. laurea. mirappia. nature frigide graduãtur in gradu primo ſicce vo in ſecundo. etſi glatiala humiditate plurima exuberẽt. Scribit Judeus pirũ ſtomachũ corroborare in vltimiſqꝫ mẽſis eſum ſitim ſedare eiꝰ ꝓprietate neqꝫ neruis inimicũ rõne ſtipticitatis ⁊ aromaticitatꝫ eius

fungorum malitie peculiariter aduerſaт.Quia tñ colicam paſſionẽ ⁊ interanea tormina adducit poſt eius eſuȝ aleis veſcendũ eſſe Albuchaſis iubet. in regimine reſumptiuo damnauere pira niſi aut paruo eſu aut decocta ſiue condi ta.poſt quoꝝ vſum ȝinȝibere ꝯdito veſcanт ſenes.

¶De malo Cottoneo:ſiue cydoneo.

c Ottoneũ etſi nature ſit frigide in fine gradus.i. ſic ce vͦo in principio gradus.ij.in regimine tñ reſumpti uo cũ dactilis mellitis per maturꝫ eſum ſenibus colericis in oĩbus tꝑibus ⁊ regionibus conceſſum eſt.humorem.n. dat eis frigidũ.nãm lenit.vrinã citat.per accidẽs tñ ſicuti teſtatur filius Serapionis eo ꝙ ventrem aſtringat in pri mis mẽſis ſumptũ.neqȝ in ſtomacho egro corrumpiт ꝙ̃to minus in ſtomacho ſano.colicã non facit.aſmati. pectori. gutturi.⁊ aſperitati cãne medeт ⁊ ꝓprie eius ſeminis mu cillago.ſanguinis ſputũ cohibet.⁊ oĩo ſingulare eſt cotto neo preter alia mala ſtipticitatis eſſe amplioris. chimũqȝ magis mãſiuũ dare.imaturũ tñ cibi appetentiã ⁊ digeſtio nem facere.⁊ oĩo ſtomachi vires augere atqȝ alere Theodorus priſcianus ꝓdit.eiuſqȝ ſucco ſtomacho euerſiones procurare ⁊ nauſeam cohibere.⁊ oĩo eſt ſtomachi tonati con.i. cõfortatiuũ ⁊ corroboratiuũ:precipue ne humores vitiatos aliunde recipiat.Scribit Auic. aſſata cottoneorum laudatiora iuuantioraqȝ: eo ꝙ in vltimis mẽſis aluo imperant.in primis vͦo aluũ aſtringunt.corporiqȝ iocundi tatem afferre Judeus affirmat.Jubet Auic. eos in hunc modum aſſandos:cydonij medituliũ auferto. ſeminibuſqȝ abiectis melle ⁊ ȝucaro eorum concauo repleto luto vel ꝗuis ꝯſimili ſicuti ſtuppa infuſa circũuoluito ⁊ ita ſub cine ribꝰ ꝑcoquito.

¶De Granato ſiue malo Punico.

g Ranato qꝺ ⁊ punicũ malũ circa Carthaginem no men ſibi vendicat ex oĩ eius ſpẽ dulci qꝺ apyrenũ

priſci medicoꝝ appellarunt in regimine reſumptiuo ſenis nãe equalis tpe autũni in regiõibus tꝑatis vti ꝑceptũ eſt Eius nãqꝫ nã calida ferſ ⁊ hũida cũ tꝑamento:lꝫ Auic.id frigide ⁊ humide graduarit in gradu.i.alimentũ ꝓbet lau datũ lꝫ modicũ ſpũ naturali in epate exñti vtile prodit: tũ bonitate cũ dulcedine ſua:tũ etiã mira quadã ꝓprietate.ſi cũ pane mandiſ panis corruptiões cohibere in ſtomacho. aſpitati gutturis ⁊ tuſſi mederi.pectus lenire ⁊ corrobo rare Albuč.affirmat.Creditũ eſt dulce granatũ venerem excitare.laudatius eſt craſſius facile excorticabile hiſpa nũ ⁊ ꝓprie valentianũ.gaietanũ.⁊ quodcũqꝫ circa Nea polim.Tiburtinũ.Florentinũ.Refert Theod.Priſ.ma la granata aphra ventrẽ aſtringere,oculiſqꝫ ꝓdeſſe.dulce granatũ inflãmatiõem inducit ꝑcipue in ſtomacho coleri co: ꝑꝑ quod ſepe numero nocet acuta captis febre.ideo cũ granatis acetoſis edendũ iubent.

¶De Malo Citreo.Arantio ⁊ Limone.

b Os fructus q̃tum ꝓpoſito attinet in regimine re ſumptiuo recipianſ ſm ſemitã alimẽti;nã in eo ꝙ re dolentia ſunt ſenibus vtilia eẽ q̃maxie eſt res nõ ignota. flagrãt.n.odorẽ hũane nãe q̃maxime ꝯformẽ.rectifican tem etiã corruptiõem aeris ⁊ peſtilentiã vt ait Auic. lau datiſſimũ itaqꝫ habeſ citrum in reſumptiua ſenioꝝ nature frigide hyberno tpe ⁊ in regiõibus frigidis:ſi vt decet cõ diaſ.eius naturã in toto reſultantẽ ex ꝑtiũ naturis equa lem põnũt.corticem v̾o calidã in.i.ſiccã in.ij. etſi Auič.in libello de viribus cordis eã calidã eẽ ⁊ ſiccã in.iij.cui ap propinquãt foliũ ⁊ flos:lꝫ ſint eo tenuiora,eiuſdẽ carnem calidam ⁊ humidam in primo.acetoſitatẽ ſiue ipſius ſuc cũ frigide ⁊ ſicce nature ad gradũ vſqꝫ tertiũ. ſemen cali dum ⁊ ſiccũ in ſecundo.id ex eo quo veſcendum eſt in re gimine reſũptiuo ſunt cortex ⁊ caro zucaro aut melle cõ

dita:nã ipſius cortex ſe ſola ſui duritia nõ digerit͂.carnem
v̂o eius ſtomacho aduerſari.inflatiuã tarde ↄcoctiõis fa-
cientẽ vtentẽ ſe poſſidere colicã ferũt.ideo cũ almuri ſiue
ſalſamento veſci iubẽt.ſcribit tñ Auic.ꝙ cũ melle ↄdita ſa
lubrior eſt:nã ſui aromaticitate ſtomacho ſubuenit.virtu-
tiqꝫ digerenti opẽ p̄bet.gutturi ⁊ pulmoni ſalutarẽ dicũt
corticẽ citri halitũ iocundiorẽ efficere.cordi auxiliari.ani
mã exhilarare.tiriacali quadã ꝓprietate adiuta caliditate
a putrefactione p̄ſeruare ↄfeſſum eſt.:ſemen citri venenis
mederi.folia ſtomachũ ⁊ viſcera corroborar̃ poſtea flores
ipſius:citro vnice veſcendum eſſe ita vt non cõmiſceatur
cibo ante ſe neqꝫ poſt ſe Auicenna iubet. Cetromilũ v̂o
ſiue citrangulũ(q̄d malũ arantiũ puto) fructus eſt cuius
acetoſitas int̃ ceteras eius ꝑtes fere ſola in vſũ venit via
alimonie in regimine ſenũ nature calide ⁊ ſicce eſtiuo tp̄e
⁊ in regionibus calidis laudata p̄cipue ex eo dulci. neqꝫ
tante frigiditatis credit͂ quãta ea q̃ citri ⁊ limonis.ei⁹ aũt
cortex ſimilis fere nature in caliditate cũ cortice citri vel
forte calidioris ⁊ minus ſicce imo humidioris. caro cali-
dior carne citri:quã rem amaritudo in ea ſenſata oſtẽdit.
qualis non eſt in ea que eſt citri.vtraqꝫ zucaro ⁊ melle cõ
dita ſenioribus idonea ſunt non minus q̃ꝫ que citri. Inter
auctores raro ↄpertũ eſt de hoc malo fieri ſermonem. nõ
eni eſt malũ medũ ſiue perſicũ de q̃ Virgil.in geor.ſcribit
Felicis mali quo non preſtantius vllum.
Neqꝫ eſt malũ aſſyriũ de quo Pliñ.ſermonẽ fac̃.nã Ma
crobius auctor eſt de malo citreo eos intellexiſſe.ſꝫ eſt ci-
trangulũ de q̃ Auic̃.in.iiij.canoñ.c.de cura variolaꝝ i de
ſcriptõe ſyrupi cuiuſdã. Limonis iudiciũ i nã ⁊ ꝓp̄etate q̃
ad iuuãtia ⁊ nocẽtia fere ↄſil'e eſt iudicio citri. de q̃ limo-
ne p̄ter Albuc̃.in baldach.⁊ Auic̃.in.i.fen.iiij.canoñ.c.de
cura febriũ acutaꝝ neminẽ ex ꝑitiorib⁹ determinãtẽ legi.

## ¶De Coccimelo ſiue Pruno.

a D ventris ſubductiōez prunū ꝛ ꝯuenire ſenioribus Gal'.auctor eſt; lꝫ eoꝝ colericis refrigerij grā etiam cōcedi liceat.frigida eni eoꝝ eſt natura in.ij.gradu.hūida aūt in.iij.facile intus viciat̄. eligi volūt pitiores ex ingēti turba prunoꝝ.verſicoloꝝ. nigroꝝ.cādidātiū.atqꝫ horde⸗arioꝝ ꝛ aſininoꝝ;vt laudatiora nigra.ꝛ adhuc ꝯmēdatiora cerina.purpurea ue ; q̄ damaſcena a ſyrie damaſco co⸗gnoīata ſunt.ꝛ hoꝝ q̄cunqꝫ ꝯplete maturitat̄ ſūt. eiſqꝫ aū cibū veſci p̄ceptū eſt.poſt quoꝝ eſuꝫ humectatū aquā mellis epotare aut vinū de paſſis ſeu dulce iubet Auicenna.

## ¶De Ceraſo.

d Vlcis ceraſi ſicuti ꝛ pruni etſi frigide ꝛ humide nature ſint vſqꝫ ad.ij.gradū.ad ventris tn̄ ſubductōeꝫ moderatus vſus in regimine reſumptiuo nō illaudat̄. de⸗ſcendit enim e ſtomacho celerius.ideo aluo impat. ſi eniꝫ auctore Gal'. ſenioris ventrem ſubducere licet prunis.ꝛ caricis.oleribuſ ue.aliiſqꝫ ꝯſilibus q̄ eſtate ꝛ autūno vegetant̄;ita ꝛ ceraſis p̄cipue dulcibus ex oī eoꝝ ſpecie quas rebus ſtomacho idoneis.aluūqꝫ mouentibus annumerāt Qꝫ etſi voluptatis grā duracinis principatus ſit.ſic in cāpania pliniana appellatis.teneriora tn̄ ex illis ad ventris ſubductiōeꝫ mag̃ eligenda ſunt.qa tn̄ mali chimi ſunt.ſtomacho ꝛ inteſtinis oneroſa.putrefactiōi ꝛ vermiū generationi idonea .febres putridas ſuſcitātia. ideo puus eoruꝫ eſus ꝛ nō niſi in primis menſis eoꝝ nocumentis reſiſtunt. Acetoſis v̄o p̄cipue puis veſci exſiccādi.ſcidēdiqꝫ īterdū grā;ſić ſtōacho flegmatico ſupuacuis repleto ꝯducētibus nōnunqꝫ v̄o ſitim ſedādi.ꝯpeſcēdiqꝫ colerā.appetitū ꝯcitādi.fili⁹ Serapiōis iubet. neqꝫ.n.in putredinē ꝯuerſiua ſūt ſicut dulcia.meliora ſunt ea que ſicca reſeruātur.Acetoſa magna omnino repellenda ſunt.

## ¶De Perſico. ⁊ Criſomalo.

q Uod ꝑmaturũ eſt ventrem lenit. ſtomacho ꝑcipue calido ⁊ ſicco idoneũ ẽ. appetẽtiã cibi excitat. i regimine reſumptiuo ſenũ ꝑcipue calide ⁊ ſicce nature in primis menſis ꝓceſſuꝫ. frigida eſt eius natura in gradu. ij. humida v̂o in. i. vini potũ cũ perſico admiſceri ꝓhibent: parũ tñ eius vinoſi Iſaac iſraelita conceſſit vt reſiſtat frigiditati illius ne etiam interius facile vitieẗ. neqꝫ poſt eſum alterius cibi eo veſci volunt nã corrumpiẗ vt aiũt: cibũqꝫ corrumpit. ⁊ oĩo facile interius vitiaẗ. cuius rei ſignũ eſt nihil perſico fugacius eſſe. longiſſima nanqꝫ decerpto bidui mora eſt vt ait Plinius. cogitqꝫ ſe venundari. ex oĩbus v̂o ſpẽbus duracinis palma daẗ plurimũqꝫ laudatis veluti carioribus nuci perſicis. de q̃bus Martialis:

Uilia maternis fueramus precoqua ramis
Nunc in adoptiuis perſica cara ſumus.

Criſomalũ quod malũ aureũ interpretaẗ ꝯſimile in natura eſt perſico. ſenectuti nõ idoneũ niſi aliq̃ñ in primis menſis addito aneſo. maſtice. aut meraceo. paſſulis. zucaro vl' melle.

## ¶De Amigdala ⁊ in primis Edili.

a Migdala grece: longa nux latine. ſi dulcis fuerit q̃ ꝓprie eſui apta eſt regimini reſumptiuo idonea eſt. cuiꝰ natura calida eſt ⁊ humida in primo gradu cũ equalitate aut in gradu medio vt Iſraelita auctor eſt: cũ aliq̃li declinatõe ad humidũ. laudati eſt alimẽti lꝫ pauci. pinguedini corpis ꝯferre atqꝫ corpulentie ꝯſeſſum eſt. ideo extenuatis plurimũ ꝯuenire. eaqꝫ cerebri ſubam augeſcere. vigilijs aduerſari. ſuauẽ ſomnũ adducere. mẽbroꝝ humidũ naturale ꝯſeruare. aliene ⁊ extranee humiditatis in eiſdeꝫ gñatiõeꝫ cohibere inẗ auctores ꝯuenit. cũ zucaro ꝯdita celerius deſcẽdere. ſale v̂o toracẽ mũdificare. aluoqꝫ impaẗ. apire. abſtergẽ. rõne cuiꝰ colice ꝯfert Auic. ꝓdit. Succus

ſiue lac eius ꝛ oleū ſi recentia fuerint earundē coꝛpulētia leuioꝛa ſunt, nā eius coꝛpulētia difficilis ꝯcoctōis ꝓhibet̃ ꝑ accidensq̃ inflatiua. Fert̃ q̊ꝫ eā vꝛinā citare, ardoꝛē ei⁹ cohibere, ſoꝛdes renum purgare, moꝛſui quoq̃ rabidi canis eſam aut appoſitā mederi. Virentis amigdale alimētū etiā laudat̃, putat̃q̃ tenuioꝛis eē ſube ꝑꝑ eius aquoſitatem, cui nō virēs amigdala aqua calida pelle eius exuta nocte vna infuſa pꝛoxima fit nāe virētis, nō excoꝛiata aūt ſi q̄s veſcat̃ ꝯcoctōis eſſe difficilis, et ſi ea ſtomachus humectat⁹ nimiū mūdificet̃; magꝫ tn̄ ſi zucaro ꝛ melle ꝯdiat̃.

¶De Amigdala non edili ſiue amara.

b Anc via medicine in vſum ſenectutis recipiendam pꝛeceptū eſt, ꝛ idcirco nō edilē appellari; ſenioꝛib⁹ nature frigide hyberno tp̄e ꝛ in regiōe ſeptentrionali idonea eſt. cuius natura calida eſt ꝛ ſicca in gradu. ij. abſterſiua, mundificatiua, aperitiua. q̄bus ꝓpꝛietatib⁹ edilē vincit, neq̃ oīo aluū aſtringit, eā vulpiū interemptiuā ſcribūt Et oīo eſt medicina ſine alimēto cū humoꝛē crudū adducat. peculiare eſt ei aperire opilationes, iecoꝛis, lyenis, renū, ꝛ veſice, imo ꝛ eas que fiūt in extremitatibus venarū paruaꝝ, vꝛinā citat, que quanto vehementioꝛis amaritudinis tanto in his opatiōibus foꝛtioꝛē pꝛedicāt, q̄a tn̄ nocet inteſtinis cū amigdala edili edendā Albuč, iubet.

¶De Nuce iuglande.

b Anc iuglandem appellari; ſiue q̄a iuuet; ſeu q̄a ioui dicata ſit eius arboꝛ auctoꝛ ē Macrobi⁹; ipaꝫ itaq̃ p̄cipue virentē; q̄a ſiccis minus calida ꝛ ob imperfectā humiditatē hūidioꝛ in reſumptiuo regimine recipi pꝛeceptū eſt, p̄cipue ſenū q̄ loca incolūt mōtana, quoꝝq̃ ſtomachꝰ vel nā eq̄lis ſit vl' ſaltē tantū frigiditatis hn̄s quantū caliditati nucis aduerſari valeat ſicuti Yſaac iubet; ſic eni plurimū ſenibus idoneā ſcribit Auer, alimentū eis laudatum

prebet.celeriuſq; digerit amigdala etſi ꝓmptius in cole‑
rã ſit ↄuerſiua. ideoq; ⁊ rebus ſtomacho alienis annume
rat. laudatior eſt ea q̃ zucaro aut melle recẽs ſeu viridis
ↄdita eſt. Siccã vo nucẽ nõ edãt ſenes. eſt eniʒ calida ad
gradũ vſq;.iij.ſicca aũt in principio gradus.ij.vnctuoſior
amigdala.cuiꝰ cã celeriꝰ rancidat.vomitũ ſolicitat. vſuq;
imoderato paraleſim lingue. Scribit Judeus alimentum
nucis verboꝝ retentiõeʒ efficere. ideoq; ea pueros veſci
ꝓhibitũ eẽ.imbibit nãq; eiꝰ ſuba in muſculis lingue.ſiqua
tñ nux dũ ſicca eſt in eſum venerit eã eligendã eẽ volũt q̃
celerius enucleat:q̃q; nocte vna in aqua calida fuerit in‑
fuſa ita vt humiditate illa ad nãm virẽtis reducat.tꝑibus
frigidis edenda eſt:qa calidis nã noxia putatur: cum oxi
melle ꝑcipue.q vo ibecillis ſunt ſtomachi cũ muri ⁊ aceto
ea veſci iubet Auic.neq; hoc in loco meminiſſe inutile ar
bitror eiꝰ qd Pliñ.refert.Gneũ vʒ Pompeũ in ſancta‑
rijs mithridatis maximi regis deuicti inueniſſe in peculi‑
ari ↄmentario ipſius manu ↄpoſitiõeʒ Antidoti e duabus
nucibus ſiccis.item ficis totidem ⁊ rute folijs.xx.ſimul tri
tis addito ſalis grano:⁊ q hoc ieiunus ſumat nullũ vene‑
nũ nociturũ illo die. Nux indica recẽs ſenibus nãe fri‑
gide ⁊ ſicce in autũno ⁊ in regiõibus meridianis auctore
Albuc.vtilis eſt.cuius nã calida eſt in gradu.ij. hũida vo
in ꝑ.acuẽs vt aiũt intellectũ pinguedini ⁊ corpulẽtie ido‑
nea cũ penidijs zucarinis edẽda eſt qa tardius deſcẽdit.

¶De Auelana.

e Am minus calidã nuce aſſeuerãt magꝭ tñ alibilẽ: lʒ
ſolidioris terreſtrioriſq; alimẽti minuſq; nuce vnctu
oſa ſit.ideoq; tardioris digeſtiõis ⁊ egreſſiõis e corpore.
neq; vomitũ citat veluti nux.vẽtris tñ inflatiuã ponũt in
regimine reſumptiuo nõ repellendã:ſenioꝝ ꝑcipue nãe fri
gide hyberno tꝑe ⁊ in regiõibus ſeptentrionalibus. cali‑

de nature ꝓpe gradū.iij.humide tñ in.ij.ponūt.Id tñ qđ
verū eſt eā calidā ⁊ ſiccā in principio gradus.i.putať cuȝ
aliquali ſtipticitate eā in cerebro addere Auič auctor eſt.
ita vt etiā aſſatā modico cū pipe inſumptā corize ⁊ capitiſ
reumati mederi ꝓdant eā tonanticā eſſe.ieiuni inteſtini ⁊
eius maliciā expellere Judeus ſcribit.puncture ſcorpiōis
⁊ ꝓprie ſi cū ficu ⁊ ruta inſumať aut ab extra ponať opti-
mū adiutoriū eſſe ferūt.ex ea craſſiorē humoroſiorēq̄ȝ eli
gere preſtat: quia tñ ſtomacho noxia eſt cū ȝenidijs eam
ediſſe ꝯuenit.exuta vͦo cortice interaneo vim inflatiuā vľ
amittit vel ſaltem in ea remittitur.

## De Nucleis Pineis.

f Ructū pinee ex camerula excirpare ⁊ aqua calida
infundere vt eius acuitas ſiue aduſtio deleatur pre
ceptū eſt.ſenibuſq̄ȝ ꝯuenire.calidus eñ eſt in fine gradus
ſecūdi.ſicce vͦo in principio eiuſdem. etſi Auič.eū nature
equalis cum parua caliditate affirmet.alimentuȝ eius eſt
forte nō malū imo laudatū.non inflatiuū: cum tamen in-
flare cōmunis ſit omniū aliaꝝ nucū accuſatio.propter qđ
nucleus pineus rebus leuibꝰ annumerať.Is preparatus
fit in vltima virtute nutriendi vt aiūt.ita ꝙ paruū in quo
nō eſt nutrimentū peruenit ad nutrimentū quod eſt a me-
dicinis.pinguedini augende confert. humiditates corru-
ptas in inteſtinis rectificare.abſtergere.excreatū facilem
efficere.tuſſi.doloribus pectoris.⁊ renū.mederi inter au-
ctores cōuenit.humores enim viſcoſos in eis ⁊ in veſica
mundificat.ideoq̄ȝ ⁊ rebus vrinam mouentibus annume
rať.calefactū ex eo cū ȝucaro ēēiſſe.īfrigidatū vͦo cū mel-
le poſtq̄ȝ infuſus eſt in aqua calida filiꝰ Serapiōis iubet.

## De Piſtachia.

i Nť peculiares arbores ſyria in nucū gñe hȝ piſtachiā
cuius fructu etiaȝ in regīne reſūptiuo veſci p̄ceptū eſt.

effectus ꝓprietateſq nuclei pinei hĩe. ꝛ preter hec ad ſerpentũ ictus ſiue epotet̃ ſiue edat̃ valere cõfeſſum eſt. idoneã ſenibus nãe frigide hyberno tp̃e ꝛ in regione frigida ſcribit Albuc. Calide nãe ponit̃ in medio gradus.ij. cum aliq̃li humiditate. nõnulli aũt calidiorẽ graduãt piſtachiã amigdala ꝛ nuce. Refert Auic. eã caliditatis eſſe vehemẽtis: etſi Judeus caliditatẽ ꝛ ſiccitatẽ eq̃les dicat laudatũ prebet alimentũ lꝫ paruũ. vires hĩe letificandi ꝛ repandi cor. annumerariq̃ int̃ medicinas tiriacales affirmãt. ineſt enim eidem aromaticitas cũ viſcoſitate. iecur ea depurari vireſq eiuſdẽ augeri a tota ſub̃a eiuſdẽ. opilationem meatuſq alimenti apire fert̃. auxiliat̃ aũt ei aromaticitas ꝛ ſtipticitas eiuſdẽ q̃bus etiã ad oris ſtomachi ꝛ totius repationẽ. ad nauſeã q̊ꝫ ꝛ ſubuerſionẽ cohibendã ſalutat̃ remediũ eſt. aluũ neq mollit neq aſtringit. Scribit Jude⁹ fiſticũ. i. piſtachiã p̃ſtantiorẽ eẽ ex fructib⁹ oĩbus: cuius ꝓprietas eſt corroborare ſtomachũ ꝛ epar. eiuſq oleũ earũdeꝫ viriũ ſtomacho eo illito. Utilis eſt piſtachia in p̃mis ſic̃ in poſtremis mẽſis ſolo eius eſu ſiue cũ paſſulis aut cũ zucaro oĩb⁹ etatib⁹ idonea ꝛ oĩo eſt ex reb⁹ bñtibus multa iuuamẽta ꝛ magna vt inquit Auer. eligẽda eſt magna ꝛ vt aiũt antiq̃ cũ criſomalis ſiccis veſcẽda ẽ auctore Albuc. ſic enim inocentior putat̃ neq vertiginẽ adducit.

¶ De Caſtanea.

e T caſtaneã (quanq accõmodatior ſit glandiũ generi) nucẽ vocari auctor eſt Pliñ. q̃ etſi viliſſima ſit occultata tñ eſt tanta cura nãe ꝙ ꝛ mirũ eſt. Eã caſtanon greci appellãt eo ꝙ fructus gignat in modũ teſticuloꝝ. in regimine reſumptiuo ſenioꝝ nãe calide hyberno tp̃e ꝛ in regionib⁹ montanis ea veſci p̃ceptũ eſt. Calide. n. nãe in p̃ gradu ponit̃. quã rem eius dulcedo teſtat̃: lꝫ ſicca ſit in gradu. ij. cui ineſt abſterſio. vehementerq ſiſtit ſtomachi

⁊ ventris fluctiões.aluū citat.ſanguinē excreantibꝰ eſt ſa-
lutaris.carnes alit.laudatū eniꝫ dat alimentū.laudatiuſqꝫ
ſi cū zucaro edatur ea ieiunū inteſtinū roborari auctor eſt
Iſraelita.Scribit qꝫ Iudeus in oī arborꝫ fructu aliquā eē
maliciā preterqꝫ in caſtanea:qm̄ ipſa cū ſui craſſitie ſi be-
ne digerit non dat chimū malū.Ea aſſata veſcendū eſt vt
eius ſubſtantia rarificet.Que ſi tepida aqua infundat pe-
ctoris ⁊ corporis ſiccitatem equat. vrineqꝫ difficultatem
tollit.Tali eni infuſione ⁊ mollitie ⁊ humiditate aque ſua
tꝑatur ꝯplexio.ꝑꝑ qđ boni chimi eſt caſtanea; lꝫ tarde ⁊
difficilis ſit digeſtionis.ideo aliqñ cerebro eſt oneroſa.Eā
ventrem aſtrictum purgare ſed inflationes facere lꝫ cocta
minus Theodorus Priſcianus prodit.

¶De cōmoditatibus ſomni in regimine reſumptiuo. Ca.xxxviij.

e Get ſenectus humiditatis ſubſtantifice nō mō ꝯſer
uatiōe q̄ in ea pauca eſt. verꝫetiā illa q̄ ꝯtinuo diſſol
uit amplioris alterius regñatione. id v̄o oē ſomno ꝯueni-
entiſſime ꝑfici notū eſt: quo ad hoc nihil accōmodatius.
Cōtendit enim ſomnus in humectando cū potu ⁊ cibo.
ideo ⁊ ſomnus cauſis humectantibus annumerat.Efficit
aūt id moderato illius vſu.virtuti ſeniorꝫ ꝯcoquenti operꝫ
p̄bendo.nam ſomnū digeſtionē adiuuare.laborē ⁊ laſſitu-
dinē auferre.corpis interanea excalfacer.pinguedini.atqꝫ
corpulentie ꝯferre.mentē exhilarare.virtutibus oībꝰ opi-
tulari.eoqꝫ augeri.atqꝫ excitari calidum naturale. rectifi-
cariqꝫ exinde humores alios. aīeqꝫ cogitatiōes ſi natura
nō reluctāte euenerit int auctores ꝯuenit. Signū laudati
in ſenibus ſomni eſſe aiūt vt eis a ſomno excitatis accidat
leuitas.alacritas.⁊ magnanimitas.nō enim fit ſomnus ni
ſi ꝑꝑ impotentiā vigilandi.q̄ vt plurimū ſequit reſolutōeꝫ
ſpūs ⁊ caloris in operibus ſenſus ⁊ motus.

¶De ſomni menſura.tempore.⁊ modo
obſeruandis in regimine ſeniorum.

ſ Omnū igit̄ ꝓlixiorem atq̃ pleniorē nō tm̄ nimis lon
gum maiorēq̃ in lecto morā ſenioribus oī tp̄e ⁊ in
oībus regiōibus q̄ȝ ſanis ⁊ iuuenibus ad eoꝝ humiditatꝫ
reſtauratōem veluti rem iuuantiorē indicūt.conquieſcunt
enim eo virtutes oēs aiales motiue ⁊ ſenſitiue:q tanto in
ſenioribus ꝓtelandus eſt q̄ȝto in eoꝝ ſtomachis vel cru-
dus vel ſaltē vitiatus humor remāſerit.ꝯcoctōem refugi-
ens.nā p ſomnū ꝓlixiorem ꝯcoctiōe reiterata.rectificatur
atq̃ corrigit̄ corruptū in eo ex marcore ſeu muſciditate ſic̄
ait Auer.Erit q̄ȝ ſomnus in ſenib⁹ tanto iuuātior q̄ȝto eo
tp̄e dormierint ſenes quo dormire ꝯſueuerūt.Tp̄s aūt in
ceptionis ſomni ſit finis potētie vigilādi q vt in pluribus
opportunior cēſet̄ poſt aſſumptū alimentū coadiuuāte ca
ſu ſolis.tunc eniȝ nox humida celo precipitat.ſuadētq̃ ca
dentia ſidera ſomnū:precipue ſene eo egente.Ideo ſom-
nus noctu magꝭ q̄ȝ interdiu laudatior habet̄ p̄cedēte cibi
ad infima ſtomachi deſcenſu.qꝺ fiet leui aliquo exercitio
ſomnū p̄cedente:p̄cipue aiali:ſicuti ꝯfabulatiōe qua pluri
mū demulceri ſolita eſt ſenectus.diurnus vͦo retinet vt fe-
runt expiratōem ſolitā exalare a corpore ad reumatiſmos
preparās hoiem:qui ꝯcedendus nō eſt niſi neceſſitate ad
id vrgente.aut ꝯſuetudine expoſcente: p̄cipue eſtiuo tp̄e.
Preceptūq̃ eſt vt in diurno ſomno ſenes accūbēdo dor-
miant cū eleuatōe ceruicalis eo ꝙ digeſtione pficiēde ma
gis ꝯducit.in nocturno aūt ſic̄ ⁊ ī diurno ſenib⁹ veſtibus
exutis decalciatiſq̃ caput ⁊ extrema eoꝝ ꝓut decet coo-
periri pannis oportere auctor eſt Ariſtot̄.extremoꝝ enim
frigiditas in ſomno maximū cerebro cōicat nocumentum.
Obſeruandūq̃ eſt vt cubent in loco obſcuro quē radij lu
nares nequaq̄ȝ ingrediant̄.ꝯflexe iacēdo ⁊ nō extenſe.cru

ribus paulū reductis, nequaq̄ vo ſupine, hic enim ſani ho
minis iacētis habitus eſt q in ſomno incubū adducit ⁊ cat
tarros, lȝ ſupini cubitus auctore Pliū. plurimū ſomniari
circa autumnū ⁊ vernū faciāt, oculis ꝯducant, ꝓni vo tuſ-
ſibus, imo ſomnus ſup alter laterū iuuantior cenſet. aiūt
enim cubitū in latera aduerſus diſtillatōes ꝯducere, decū
bant itaq̄ imprimis ſomno aliq̄liter ꝓfundiore nō interru
pto cū declinatōe ad inferius ſup latus dextrū. eo ꝙ cele
rius ꝯcoquit cibus dextri lateris in cubitu ſic̄ Theophra
ſtus affirmat, celerius enim deſcēdit cibus in ſumptus ad
fundū ſtomachi q eſt locus digeſtionis, deinde fiat reuolu
tio ſupra ſiniſtrū, ſic enim eſt iuuamēti plurimi virtuti ſto-
machi ꝯcoquenti, nā eo mō coincidit epar ad amplexū ſto
machi qd̄ adiuuat ad digeſtionē. vltimo aūt fiat redit⁹ ſu-
per dextrū, ſic nāq̄ preparat deſcēſus cibi ad inteſtina vt
Auic̄. ſcribit, q̄ oia adhuc magis pficiunt ſi ſenior imbecil-
lis ſtomachi in amplexu ꝯtinuo habuerit puellā pollutiōi
propinq̄, aut puluinar penniceū. Diligens tū obſeruatio
hñda eſt vt in ſeniorib⁹ qbus vt plurimū vigilie ſupuacue
eueniūt ſomnus inducat cū hymnoticis, i, cū his q̄ ſomnū
vl' ſoporē faciūt, ſomno vo apta ſunt ſic̄ ex multꝭ papauer.
lactuca, maxime q̄ eſtiua eſt cuius caulículus iam lacte re
pletus eſt ſic̄ precipit Celſus, p̄cipue cū cinamomo. ſiliter
morū ⁊ porrū ſomno apta ſunt. ⁊ coriandrū humidū. ami
gdala edilis, p̄cipueq̄ vinū aliquantiſp magis debito epo
tū nec minus ꝯfabulatiōes. he inquā preſertim que ſenis
dormire volentis nature ꝯueniūt eiſdem gratiores, expe-
rimur eniȝ eis ſiue ſint vere ſiue falſe ſomnū adduci. cuius
cām hac in parte interſerere non inutile arbitramur, ſiqdē
auditus obiecta ſibi propria abſq̄ motu reali qa ſpiritua-
liter vt ferunt recipit et maiori cum delicia magis dele-
ctabilia. Ea autem percepta imaginationi tranſmittit.

ipa ṽo rōni.rō aūt ſalteȝ ꝑticularis de repn̄tatis admirat̄
eſt enī admiratio ſuſpenſio in cāȝ.ex admiratiōe aūt defa-
tigat̄.ꝯtinuata autem in rōne admiratione eoꝝ quibus in
tenta eſt virtus auditiua eidem audibilia nō repreſentat.
conquieſcit eniȝ organū auditus a ſenſibiliū apprehēſiōe;
ſicuti ⁊ alioꝝ ſenſuū exterioꝝ organa. quibus cōquieſcen
tibus ſuperuenit ſomnus. ratione tn̄ cōtinuo diſcernente
inter ſenſibilia eidem repreſentata.Et hanc aſſignāt cau-
ſam ꝓpter quā plurimis dormientiū in ſomnijs apparent
que ab eiſdem tp̄e vigilie fuerunt ſenſata.Eſt q̊ȝ preceptū
confabulatoris ſermonē verboꝝ ornatu inſignitū eē opor
tere:tū vt mag⁹ delectet:tū vt ſomnus ꝓlixior fiat: tū etiā
ne dormienti ſeni ſomnia repreſentent̄ mala . tumultuoſa
enim ſomnia ſenſum.ſpiritus.⁊ ſanguinem ꝑturbantia di-
geſtionis perfectionem prepediunt.Adduci ⁊ ſomnū alio
ingenio proditū eſt:ſicuti nauiculis aut cunis ⁊ oīo motu
veluti infantibus:nam eo humiditatum vapores aſcendē
tes petunt cerebrum meatus eius claudentes : ⁊ exinde
ſomnus adducitur.

## ¶De Cōmoditatibus Vigilie.Ca. xxxix.

c Vm vigilare finis ſit aīalis quia ſentire ⁊ ſapere oī
bus eſt finis.hec autem in vigilia fiūt:nam vigil di-
citur quaſi ad videndū agilis. finis ṽo expetitur vt opti-
mū:ideo magis deſideriū eſt ad vigiliā q̄ȝ ad ſomnū ſicut
ad viuere ⁊ eſſe.finis aūt ſomni vigilia eſt:dormimus eni
vt melius vigilemus.vigilia aūt quedam ſenſuū exercita-
tio dicitur.eam itaqȝ vigiliā in reſumptiuo regimine quo-
rūcunqȝ ſenū in quolibeat tempore ⁊ habitata regiōe lau
darūt qua mediāte calor dilatatur.pori aperiunt̄.ad eoꝝ
q̄ ſupuacua ſunt excluſiōeȝ auxiliū p̄ſtans. quaqȝ digeſtio
ꝑficitur. ⁊ eadem fit acquiſitio eoꝝ que ad vite regimen
ſunt neceſſaria.Hec vero eſt vigilia modū non excedens;

qua ſenſus excitanť diſponunťq́ʒ vires vt in ſolitas exeāt operatōes. vniuerſum q̊ʒ corp⁹ a ſuꝑuacuis purgať eo q̄ motus euacuat ⁊ abſumit. ideo melior fit cibi appetētia vigilia q̄ʒ ſomno. nō ſiq̄dem q̄a vigilia ꝑficiatur magis digeſtio q̄ʒ ſomno: cū ꝓculdubio melior fiat ↄcoctio ſomno mediante q̄ʒ vigilia: ſʒ q̄a vigilijs diſſoluunť ſuꝑuacua virtutis expulſiue vires augeſcūt. ſicut itaq́ʒ ſenectus pro eius reſumptiōe exigit ſibi ↄcedi q̄ʒtitatem ampliorē ſomni quā eligit ad reſtaurationem deꝑditi: multo fortius ad perfectionē ſanitatis expoſcit q̄ʒtitatem vigilie qua induciť indigentia nō amplius reſtaurandi. Tūc enim nō egent ſomno ampliori q̄a reſtauratio diſſoluti iam facta eſt ꝑ cibi cōcoctionē quo fit vt calore ⁊ virtute q̄ ꝓpter impotentiā intus refugerant foris prodeuntibus exꝑgiſcantur ſenes.

¶ De vigiliaꝝ menſura in reſumptiua ſenectutis.

S Omnus ⁊ vigilia auctore Hypocrate vtraq́ʒ modo magis facta nocēt. hic q̄dem virtutes aīales eneruādo ⁊ diſſoluendo. cordis meatus laxādo. flegma augēdo. calorē nālem imbecillē efficiendo. colorē corrumpēdo. motūq́ʒ hebetādo. aſma plerūq́ʒ adducendo. ⁊ ad vltimū calorē innatū extinguendo: ſic̄ extinguiť ignis cinerib⁹ multū cooꝑtus. Vigilia v̊o ſuꝑuacua corꝑis robur minuiť. ſenſuū organa deſtruunť. eorūq́ʒ calor refrigerať ſicut calor ignis ſuꝑuacuo motu refrigerať vt Auer. ꝓdit. Preceptū itaq́ʒ eſt vigiliā ſuꝑuacuā nō minus q̄ʒ ſomnū modū excedentē ſeniorib⁹ ꝓhibere. ſuꝑfluit nanq́ʒ in ſeniorib⁹ vigilia tum dn̄io ſiccitatis: ſicuti ſomnus in pueris dn̄io humiditatis. quanq̄ʒ humiditas ſalſa ⁊ nitroſa vt eſt apud Gal. in ſenib⁹ faciat inſomnietatē. tn̄ etiā ꝑꝑ triſticiā quā affert ei ſenectus. a q̄cunq́ʒ tn̄ cā fiat a ſenectute repellenda eſt dum ſuꝑfluit. Nō ſolū enim ſenibus tediū affert imo eadē inaret corp⁹. corrumpiť habitudo. noxia eſt cerebro. fit ſen

ſuum ꝑmixtio. indeq3 acute ſuſcitanť egritudines. eaq3 ꝓ-
lixiore oculi ↄcauanť. ꝛ oio corporis ſequiť imbecillitas.
digeſtionis infirmitas. caloris ĩnati exacuitio. inflãmatio.
diſſolutio. increſcit colera rubea; in extenuatis ṕcipue cor-
porib⁹. Cũ ğ ſupuacua eſt ad illius remotionẽ incumben-
dũ eſt. tum ſomni inductiõe. tũ etiã cautela ab his q̃ ſenſus
excitant. Ea autẽ ſunt vt Celſus tradit. nepeta. thimum.
ſatureia. hyſopum. precipueq3 pulegium. ruta. ꝛ cepe.
De aere itaq3 laboꝛ ſeu exercitio. ꝛ qete. cibo ꝛ potu. ſom-
no ꝛ vigilia. reſumptioni ſenectutis ↄducentibus q̃ etiam
omni etati cõia ſunt dicta ſint tanta. Nihil aũt de venereo-
rum vſu. ea enim ſoli adoleſcentie propria eſſe auctor eſt
Gal. Anteriores eni3 ꝛ poſteriores etates vel nõ emittũt
ſperma vel infecundũ aut male fecundũ exiſtens emittunt
De concubitu tũ aliqua in ſequentibus adducenť.

¶ De euacuatione corporis obſeruanda in re-
gimine reſumptiuo. Ca. xl.

i Nanitia quã iedia efficit qũo ſenectuti reſumẽde ad-
uerſeť ſuo viſum eſt loco. c. iij. nunc ṽo de euacuatio-
ne q̃ etia ſub inanitione deprendiť ſimulq3 de purgatione
agendũ eſt. deinceps de retentõe q̃ illi ꝑprie opponiť. Eſt
enim hoꝝ ↄſideratio in hac gerentocomia plurimũ nccia;
cũ obſeruari preceptũ ſit ne ſupuacua retineanť in corꝑe;
imo euacuenť. ſi enim q̃ replebunť euacuanť membra ſup-
uacuaq3 intus nõ remanebũt ꝛ ſanus erit homo ꝛ multo
tꝑe iuuenis; ſicuti recte Gal. ait. Hanc aũt intentionem cõ-
pleri flobotomia. nonnunq̃3 ṽo euacuatione cũ ſolutiuis
ꝛ diureticis ſudoremq3 cientibus. ſputu3 promouentib⁹ ꝛ
ↄſilibus ꝑ manifeſtos corporis meatus expurgantibus.

¶ De Sanguinis detractione per venas.

e Uacuationem qui precipit in regimine reſumptiuo
que proprie eſt eductio ſanguinis vel humoris alte-

rius ſanguini ↄmixtus humoribus ſolū q̄ntitate peccanti-
bus ↄueniens inciſione vene quā flobotomiā appellāt ſe-
nioꝝ virtutis ⁊ roboris.naturaliſq; ↄplexiōis ſit diligentiſ
ſimus menſor.Intereſt enim nō q̄ etas ſit ſed q̄ vires ſint
eius q flobotomari debet.Septuagenarias.n.plurimi ſan
guinis cū virtutis robore flobotomarī poſſe auctor ē Gal'.
neq; annoꝝ numero ſolū intendendū eſt ſ; in corpis etias
habitudine.nam ſexagenarij quidā flobotomiā nō tolerāt
ſeptuagenarij v̄o ſic.⁊ oīo minutionē ſanguinis vereri in
ſeniorib⁹(quoad fieri pōt)niſi i figura ↄſiſus fueris Auic.
iubet.ſoliditateq; muſculoꝝ.venaꝝ amplitudine.⁊ eaꝝ re
pletiōe.coloriſq; rubedine.Qḋ ſi oīa hec flobotomie faci-
unde nō ↄſenſerint ad ſenioꝝ corpoꝝ euacuatōem cū me-
dicinis magis intendendū q̄; cū flobotomia. eoꝝ enī aluū
ſoluere eſt eis iuuantius.Si v̄o q̄ dicta ſunt vna cū ↄſue-
tudine ↄſentiant ſexagenariū etiā flobotomari bis in anno
ſi corpulentus ⁊ carnoſus fuerit ↄceſſum eſt.flobotomias
tn̄ ex cephalica eiſdē ꝓhibuit Auic.nā ſenū capita ſunt de
bilia ⁊ frigida.ſeptuageſimū v̄o annū ꝑtingentes ſemel in
anno minui poſſe.neq; in eodē q̄ntumcūq; corpulēto eam
reiterari.neue medianā venā ſcindi p̄ceptū eſt. componit
enim ex cephalica q̄ in altiori pte brachij ſita eſt.cū v̄o de
uentū eſt ad etatē annoꝝ quinq; ⁊ ſeptuaginta bis in duo
bus annis ex baſilica eīdē flobotomari.Maxime aūt cir-
ca hec ↄtingit error:qa fere minus roboris eſt in ſenio.ac
cipiēda ſunt oīa iam dicta in regimine ſenioꝝ curatiuo ſi
morbo ↄtingente flobotomia nc̄cia eſſet.verū in regimine
reſumptiuo ⁊ ↄſeruatiuo flobotomia ſenib⁹ ſimplicit̄ cohi
bēda eſt:nam qa in ſenioribus eſt exuberātia flegmatꝫ.rei
aq̄ſe ⁊ hūide p vene aptionē fieret ſanguinis ſubtractio ⁊
caloris.res qdē illis plurimū noxia. In oīb⁹ aūt his ſic ⁊
generati in adminiſtratiōe reꝝ ſex nō nālium obſeruanda

eſt differentia regionū ſiue climatum: nam ex hoꝝ dña va riari ꝯplexiones. vitia. naturas. alimenta. ⁊ medicinas au‑ ctor eſt Damaſcenus; ita vt ea q̄ fiunt in. ij. climate diſſen tiant his q̄ in. iiij. Quintiq; aut ſexti climatis incole ſangui nis magis tolerent minutionez his qui ſeptimū. primū. ſe‑ cundum. ⁊ tertium incolunt clima.

¶ De purgādis corꝑibus ſenū ⁊ imprimis ꝑ ſeceſſum.

e Ductionem triū humoꝝ a ſanguine differētiū qua‑ litate corpus ꝯtriſtantiū purgatōem ſiue mundifica tionē appellant; cuius etiā obſeruationē hñdam eſſe in re‑ gimine ſenectutis preceptū eſt. Eā itaq; mundificationē ſi ue purgationē ſenibus indicūt cuiuſ libeat nāe. oiq; tpe ⁊ regione q̄ ſuꝑuacua dūtaxat expellunt. cū eni in eoꝝ cor‑ poribus frequētius coaceruent ſuꝑuacua; nec ſufficiat ex‑ ercitatio ſola ad eoꝝ abſumptionē; ideo eos veſci alimen tis medicinalibus volunt ne aluus eoꝝ ex toto ſuppreſſa remaneat. tutius tñ eſt cibo medicinali aut medicina ciba‑ li ſenes purgare q̄ꝫ farmacia; ita tñ aluus ſenioris ſeruāda eſt q̄ꝫ tenerrima vt exinde nō ſuꝑuacua ſit. aluus enim ſe‑ nioris ea tuta eſt q̄ exto quotidie coacta ea q̄ ꝯuenientia ijs q̄ aſſumunt reddit. nam in ſenibus timeri ex ventris ſo lutione nocumentum auctor eſt Auic. Obſeruandū tñ eſt quoad fieri pōt vt quo vteris ad ventris ſubductōem de lectabile ſit nō pigrū. i. amaꝝ; dūmō tñ ſubductiui virtꝰ de lectatōis grā nō diſſoluat. Senis itaq; die preter diem ſic ca aluus nihil reddens multifariā ducenda eſt. tum ſimpli cibus quibuſdā. tum etiā ꝯpoſitis eligmatibus. Ex ſimpli‑ cibus q̄dem ſicuti ex aſſidua ſorbitione iurulenta. vnctuo‑ ſa ⁊ pingui; ſicͨ olei aut alterius vnctuoſi; ꝓcipue cū zucaro humiditate ⁊ lubricitate abſterſioneq; aluo ſenioꝝ impe‑ rantiū. celeriterq; deſcendentiū in primis ꝓcipue menſis. necnō oleroſis oibus garo. i. ſalmuria ⁊ oleo cōditis. nam

cibus ab his ſalſamentis ⁊ olerib⁹ ſilibuſqꝫ rebus melius incipit, ficis q̊ꝫ ⁊ coccimalis ſiue prunis ⁊ paſſulis q̄ vt ait Gal. eſtate ⁊ autūno vegetant̄ edēdū eſt, hyberno v̄o tpe aluus ſubducat̄ caricis ſiue ficis ſiccis pinguibus a quib⁹ q̄ circūiacet exterius cutim auferre iubēt ⁊ coccimalis damaſcenis vel ſimplr̄ vel mellicrato; plus tū mellis hn̄te infuſis, ⁊ oliuis ſalmuria ꝯditis, qꝛ ſi he oliue fuerint que ex Hiſpania deferunt̄ eas magis q̄ꝫ damaſcena aluo imparare Gal. auctor eſt, radices q̊ꝫ polipodij qd̄ feliculā Mar. cato appellat in decoctiōe galline cōcocta. ⁊ decoctio ſicle caulium ⁊ mercurialis folia ex aqua pota ad ideꝫ idonea ſunt, lꝫ mercurialē appetitus eē ꝓſtratiuā, ſtomachiqꝫ impeditiuam Cōciliator expiētia ductus affirmet. volubilis aqua ex ſale aluū ſoluit: q̄ vt ſaporis ſuauis fiat cū almuri id eſt liquore ſalſo ⁊ oleo ꝯdita eā inquā volubilē q̄ plurimū viſuali volubili ſilis eſt; diſſilis illi dūtaxat in folijs ſubalbidioribus cū lactis emiſſione, ⁊ eſt herba vt aiūt de cuius radice ſcamonea fit Antiochie, medullam ſeminis carthami tuſam cū ſauic hordei ꝯpoſitā ⁊ terbentinā ad quātitatē auelane vnius aut duaꝝ ⁊ vt ad multū triū, ad ventris ſubductiōem inter ſalutaria remedia ponunt̄, terbentina eniꝫ ſui ꝓprietate aluo imperat, ⁊ eā emollit cū interaneoꝝ ſine leſione abſterſione et mundificatione, epar, lyenem, renes, pulmonē. ⁊ veſicā, purgat vt Iudeus ſcribit Ex ꝯpoſitis laudatū eſt a Gal. ad ventris ſubductiōeꝫ antidotū qd̄ recipit carthami medullā, cū declupo ipſius caricaꝝ ad quantitatē nucis inſumptū. Aliud ad idē efficacius qd̄ recipit cinamomi vnciā vnā ⁊ ſemis. tartari, foliculoꝝ ſene aā drac. vi, carthami drac. ij. nitri drac. i. aniſi ʒinʒiberis aā drac. vnā ⁊ ſemis, turbit, reubarbari aā ſcropulos duos cū ʒucaro aut melle electuariū fit aut in puluere cum decoctiōe carniū ſenibus dari poteſt. Aliud co-

lericis ſenibus perq̄zutile recipit. tamarindoꝝ drac. x. diſ-
ſolutorum in aqua calida. reubarbari non vetuſti contuſi
drac. vnā. quod permixtum ⁊ infuſum reſeruetur die vna
⁊ media; deinde coletur totum; cui addēda eſt vncia vna
ſyrupi de corticibus citri. Aliud ſenibus melācolicis ido-
neum. ex ſene. polipodij. epithimi. tartari. cinamomi. ſtica-
dos arabici. partibus equalibus fit mixtura addito zuca-
ro aut melle ſufficienti. his itaqꝫ tā ſimplicibus q̄ꝫ ꝯpoſitiꝭ
ad leniandā ſenioꝝ aluū aliq̄ñ vti ꝯceſſuꝫ eſt; tū eligmatis
mō; tuꝫ electuarij aut pilulari vel quolibeat alio mō. neqꝫ
in vno eoꝝ duntaxat perſiſtendū eſt. aſſuefacta enim eis
tempore procedente accipientis natura ꝯtemnit farmaci
virtutem. Subalterare igiť farmaca opepretiū eſt vt Gal'
precipit. ſicuti aūt ea q̄ dicta ſunt ad ſenū leniendas natu
ras efficaciora hēntur. ita ſicca exñte ſenioris aluo ⁊ aſtri
cta vſum oīo ꝓhibuere. quo tñ nōnulli auctore Gal'. rep-
hēſibiles vtunť cū ſucco cauliū aut cū aromatis. pillulas
inde ꝯponentes. Alij v̂o humido aliquo ſolū ꝯmiſcentes
ceu aqua vel mellicrato. Alij v̂o diuites faciūt pigrā quā
q̄dem hñt ſiccā ⁊ aſpergūt dātqꝫ potui; q̄dā aūt ꝯficiūt cū
melle moderate cocto. ſed nullo hoꝝ ſeniores vti niſi ma
gna cogente neceſſitate preceptū eſt. uā etſi regimini con
ſeruatiuo eoꝝ vſus forte ꝯducat. ꝓ tutela tamen ſenectu-
tis nequaq̄ꝫ. copioſo enim vti farmaco ſenē illaudať. idqꝫ
in memoria ſemꝑ hn̄dum eſt q̄ etſi plurimi dū euacuanť
letenť; attamen quo magis euacuantur eo venter eorum
in his que deinceps ſunt diebus ꝯtinebiť. quo fit q̄ pur-
gatiōes vt interdū nccīe ſunt; ſic vbi frequentes ſunt peri
culū afferāt. aſſueſcit eniꝫ nō ali corpus ⁊ ob hoc infirmū
erit. Qua de re iubet Auicenna ſenes mundificandos eē
frictiōe ⁊ ſudore; eiſqꝫ ꝑ interualla caricas dandas eſſe ⁊
alimēta mollificātia. deſtructōeꝫ v̂o eoꝝ cū medicinis oīo

pꝛobibendã. dico aũt vſum caricaꝝ ꝑ interualla laudari: ne eaꝝ ſupuacuus vſus ꝑtedeſcat: in ſenibuſq; opilatiões faciat ſic̃ tradit Auer. aucte Gal. vſu; tñ eoꝝ ꝑ interualla etiã cũ ſemine vꝛtice ꝛ croci ꝛ ꝯſilibus ſenib⁹ ꝯcedi poſſe.

¶De Cliſteri.

e Anema qđ Auicẽ. medicamen nobile appellat ex oleo aut quouis dulci vnctuoſo ſenib⁹ veluti iuuã⸗tius imponendũ eſt. eius effectus ſunt cũ euacuatiõe mol liſicari inteſtina ꝛ ꝓpꝛie ſi ex oleo fuerit oliuaꝝ dulciũ aut amigdalino iurulento vnctuoſo ꝛ pingui quopiã additis zucaro aut melle ꝛ ſalis modico ꝛ ẽt vitell' ouoꝝ. Scribit Auerrois cliſtere lenitiuũ vltimũ eſt in regimine ſenectu⁊ conſimile iudicandũ eſt de ſuppoſitoꝛijs lenitiuis. repellẽ da vͦ oĩo cliſteria acuta cum ſenioꝝ venter aliquot die⸗bus aſtrictus fuerit. ꝛ omnino ſuperuacuam euacuatõne; eoꝝ cauere eo ꝙ coꝛpus infrigidat qm̃ innati caloꝛis ma teriam deſtruit quia reſolutiõem ſpirituũ ꝛ opilationes q̃ ſunt ex ſuperuacuis eã ſequũtur vt ait Auicenna.

¶De purgandis ſenibus per vꝛinam.

a Aſidua vꝛine pꝛouocatio ꝙ̃maxime laudata eſt in regimine ſenũ q bñ valẽt cui innitimur in hac geren tocomia eo ꝙ in eis ſupfluitates flegmatice ꝛ ſeroſe ſiue aquoſe ꝯgregant. increſcũtq;. quaꝝ eductio ad meat⁹ vꝛi nales ceu ꝑ ꝯuenientẽ regionẽ dirigẽda ẽ. Cũ aũt pluria ſint vꝛinã citãtia medicinalia antidota oĩo poſtponẽda ſꝫ ꝫ appio. melle. ꝛ vino diuretico ꝛ ſubtili. vt ait Gal'. ꝛ his q̃cunq; i hoꝛto nata odoꝛis ſunt boni vtẽdũ. ſic ꝑter apiũ rutã. ꝛ hiſopũ. nõ tñ vſu ꝯtinuo: eo ꝙ ſenſus excitãt vt cel ſus auctoꝛ ẽ. anetũ. ozimũ. mẽta. aneſũ. coꝛiãdrũ. naſturtiũ eruca. feniculũ. ꝑter h̃. aſpag⁹. capparis. nepeta. thimũ. ſa tureia. lapſanũ. paſtinacha mag' q; agreſtis. radicula. ſiſer. cepa. h̃ qdẽ ꝛ potio diluta adeo vꝛinã ciẽt vti ipſe mireris

¶De Vomitu reſumptiuo ſene-
ctutis regimini conducente.

v Vomitū etſi motus ſit laborioſus vie cibi cōtrarius:
qua de cā merito vomitiōes ſupra modū frequētes
dānauit Aſclipiades:in regimine tñ reſumptiuo ſimplr nō
ꝓhibet.ſi.n.facilis fuerit vtilis eſt ſenib⁹ ⁊ ſenioribus ple
nis ⁊ biloſis oib⁹ latoꝝ pectoꝝ.nō tñ plurimū gracilibus
neqꝫ imbecillū ſtomachū hñtibus.vtilis etiā eſt ſenib⁹ cō
plexionis flegmatice in regione calida.eſtqꝫ eiſdē facilior
in ortu ſtelle ſimul orientis cū ſole circa.xx.iunij dicte ha-
lobor:imo eſtiuo toto fere tpe vt Hypocrates ⁊ Gal.do-
cuere.vtiliorem tamen eſſe hyeme q̄ꝫ eſtate Celſus affir-
mat.nā tunc ⁊ pituite plus.⁊ capitis grauitas maior ſub
eſt.hic ſiqdem humoris flegmatici exuberantiā accidenti
umqꝫ inde euenientium maliciā dūtaxat conſiderans. illi
ꝟo colere ſuperuacuitatem.calorem.leuitatem.mobilita-
tem.aptitudinemqꝫ illius vt vomitus eſtiuo tempore cō-
citata expellatur.Eliguntqꝫ horam meridiei vt laudatio-
rem.per vomitū nanqꝫ fit exitus craſſioris ⁊ puri in ven-
tre cōtenti precipue flegmatis ⁊ colere qbus ſtomachus
mundificaṫ. auferṫqꝫ abominatio ab vnctuoſis eueniens:
qua deſtruiṫ deſideriū ſtomachi atqꝫ grauedo q̄ capiti ac
cidit.eū tñ nō eē frequentandū. neqꝫ reuolutiōeꝫ citā fien
dā.neue dieꝝ numerū obſeruandū preceptū eſt: ne fiat iū
nāe ꝯſuetus.Affert quippe plerūqꝫ ſuis etiā cum auxilijs
lāguores corpis pleroſqꝫ:ꝑcipue ſurditatē.⁊ dentiū ꝯge-
lationem.naſo noxiū.qua in re ꝑclare Celſus iubet vt ne
quis q valere aut ſeneſcere volet vomitū quotidianū ha-
beat.Luxurie cā fieri non oportere ; interdū valitudinis
cauſa recte fieri experimentis credendū. Modū aūt quo
vomitu vti oportet dū neccius eſt talem produnt. fiat ob-
ſeruatio temporis ⁊ hore laudatioꝝ:precedātqꝫ exercitiū.

balneum, ⁊ potus ſyrupi acetoſi facti cum ſeminibus, atq; eſus ſalitoꝝ piſciū cū ſinapi, melonū, ⁊ radicule, potu vini diuerſoꝝ modoꝝ, dulcis, ſ, ⁊ auſteri ſiue acetoſi multotiēs poſt horas, ij, aquā aneti aut mellis tepidā ſiue calidā cū oleo epotando pinnaq; oleo madefacta gutturi impoſita p̄cipue ſiſamino vomitio citeꝛ ligatis oculis eiuſdez, pilis duabus bombicinis ſuperpoſitis vētreq; leui faſcia vt decet ligato, quo quidem expleto os colui vino ⁊ aqua roſacea ydromelle vel ſyrupo acetoſo parūq; ſyrupi de pomis lābendo deglutiri; vel paꝝ maſticis aque matianoꝝ adiecti; faciēq; illius qui euomit rodoſtomate elui vel aceto aqua permixto vt grauitas que qñq; capiti p̄ vomitū euenit ſopiaꝛ, cauereq; eundē a potu aque ſimplicis, quietem eidē iniūgere, hypocūdria eiuſdē illiniri, balneū īgredi, ablutūq; celerius egredi, hora refectiōis alimento ſuauis ſaporis, bone ſube, celeris digeſtōnis, eundem reſumi p̄ceptū ē, quaſdā q̊; obſeruatiōes hūdas in vomitu Theodorus Priſcianus adducit; nā vomitus corpa aliqñ infundit ⁊ relaxat, aliqñ aſtringit ⁊ deſiccat, ſi quis itaq; relaxare corpus ⁊ mollire ventrez voluerit poſt cibos vni⁹ aut duaꝝ horaꝝ interſtitio dimittaꝛ vt oē infundat corp⁹ ac ceptis dulcibus ⁊ hūidioribus cibis, deinde ꝯpetēter vomitū exerceat. Si qs v̊o deſiccare, corpus ⁊ ventrem aſtringere voluerit ſtatim poſt cibos iactare ſe nō differat priuſq; eoꝝ ſuccus ad ad interanea ventris deſcendat ita vt tūc viſcidiores, i, mordicatiuos linguamq; pungentes, acuti ſaporis, ⁊ ſalſiores cibos prius cogaꝛ accipere.

¶ De Sternutamento.

b Oc in ſenioribus bone valitudinis de q̄bus ſermo eſt nequaq; excitādū ē; imo quoad fieri pōt ſm ei⁹ cām tanq; ſenectuti difficilē cohibendū, ſunt eni ſeniores imbecilles nec ſine difficultate ſternutare queūt vt ſcribit

Ariſtotꝰ.cuius cã eſt quia eleuare partes capitis ſuꝑiores eoꝝ pondere nequeũt cũ cerebꝛũ in hoĩe ponderoſum ſit ⁊ magnũ quas tñ eleuare in ſternutamento opoꝛtet. Sũt q̊ȝ ſenes muſculos ad motũ ſternutamenti nc̄c̄ios imbecil les ſatis ſicuti ſt̄ muſculi pectoꝛis.gule.⁊ faciei.coadiuuã tibus etiã his q vẽtris ſunt ad diafragmatis ſuſtẽtaculũ.

¶De Dentiſcalpio ⁊ Dentifrictione.

b Js inſtrumentis qm̄ pallatum gingiue ⁊ dentes ex purgant̄ in regimine ſenectutis aliquibus boꝛis vti iubent.eligendũq̧ ad hoc lignũ veluti accõmodatius cu ius natura ſtiptica ſit amaritudine participans : ſicuti eſt coꝛtex radicum nucis.ramuſculi.dactiloꝛum cupꝛeſſi.aut mirti.Locus aũt coꝛroſiõis dentis mundificari cũ fuſtibꝰ ramuloꝝ ꝑſici aut cũ lentiſco vel cũ pẽna ſicuti poeta ait:

Lentiſcum melius ſed ſi tibi frondea cuſpis
Defuerit:dentes penna leuare potes.

Dentes abſtergere pãno lineo aqua roſacea vel vino nõ dulci ꝓhumectato.defricariq̧ eoſdem puluere dentiũ vi res reparante : ſicuti ex ſquinanto.ʒinʒibere.roſis.raſura. eboꝛis.pumice . ⁊ carbonibus nouiſſime factis ex lignis ⁊ puluere terreo vaſoꝝ quoꝛundam fictiliũ pꝛeceptuȝ eſt. Uſum tñ frequentioꝛem hoꝝ damnauere.den tes eniȝ de turpant vt aiunt:⁊ gingiuas excoꝛiant.Refert Raſis de fricatiõem cum coꝛticibus nucum dentes abſtergere.rigi doſq̧ efficere ſi temperate fiat.gingiuas coꝛroboꝛare.pin guedini conferre.ꝯcauitates in eis fieri cohibere.oꝛis ha litum iocundioꝛem pꝛeſtare.caput atq̧ os ſtomachi licet perpaꝝ ſubleuare.quã cum coꝛticibus arboꝝ ſtipticitateȝ habentiũ ⁊ amaritudinem fieri pꝛeſtat. Plurima auteȝ ſi hm̄õi fiat defrictio dentiũ auferri ſplendoꝛeȝ. quapꝛopter conſultum eſt ne ſepius:nam ea celerius fit multitudo ſoꝛ dium.denteſq̧ ꝯquaſſari.gingiuas attenuari imbecilleſq̧

fieri.ferunt quoqꝫ dentes circumſcalptos ſtafylino.i.paſtinacha erratica dolore liberari.

¶ Dentifrictiũ dentiũ incolumitatẽ efficiẽs in ſenibus.
a Recipe cornuceruini aduſti cipi roſarꝫ ſpice añ drac. vnaꝫ ſalis gẽme drac.ſex.tuſa omnia hec cribellato eiſqꝫ cõmixtis dentes defricato. His itaqꝫ cõſimilibuſqꝫ modis cuiuſcunqꝫ ſenioris membrorꝫ ſuperuacua inſueta expurganda quoad fieri poterit incumbendũ iubent:nam per inſenſibilia loca non modo ſuperuacuorꝫ purgatiõem imo ꝛ per ſenſibilia fieri debere preceptum eſt.tum ꝓpter membri principatum. tum propter denſitatem cõtinentis ea corporis vt cerebrum quod domũ rõnalis anime Galienus appellat. quod ab oſſe ꝯtinetur depreſſum.ideoqꝫ per nares.palatũ.aures.ꝛ ꝑ ſuturas caluarie.eius purgãtur ſuperuacua. tum propter certitudinem actiõis vt oculus quem purũ eſſe oportet.quod enim in ipſũ ex cerebro effluit ꝑ nares ꝛ palpebras expurgaꝛ.inſenſibiles ṽo euacuatiões alias q̃ ꝑ exteriores cutis poros fiunt:a nãli calore agente vſus exercitij quãtitate tempatus efficit.vnũ eni iuuamẽtorꝫ exercitij vt ſuo dictũ eſt loco eſt ſuꝑuacua in corꝑe aggregata ad quorꝫ expulſiõem natura eſt impotens.attenuare.diſſoluere.in fumũqꝫ ꝯuertere. ꝛ hoc mõ inſenſibilꝛ ꝛ occulte euacuare. Initiũ ṽo vniuſcuiuſqꝫ ſuꝑuacuorꝫ euacuatiõis eẽ dicũt poſt ꝯplementũ digeſtionis illius a q̊ reſecaꝛ.tũc eniꝫ ſegregatũ eſt purũ ab impuro:q̃ fit vt corpus egeat ipuri expulſiõe ne in corꝑe ꝑſiſtẽs perturbans triſticiã afferat:imo ſuꝑuacuorꝫ in corꝑe dũ eorꝫ expulſio inſtat nulluꝫ eſt retinendũ p̃cipue inquã eorꝫ q̃ ꝑ vrinã ꝛ receſſuꝫ expellẽda ſũt.ex retentiõe.n. vrine mingẽdi fit difficultas.egritudies q̊ꝫ veſice ꝛ ꝑtib⁹ adiacẽtibus euenire inſuete.retẽta ṽo egeſtio ventoſitatẽ.tenaſmonẽ. colicã.appetẽtie deſtructionẽ.ſtõachiqꝫ faſtidiũ ad ducit.

## De retentione euacuationi oppoſita. Ca.xli.

c Onſtipatio.ebrietas.opilatioq; ex eis ſunt q̄ retentõem includentes ſiue repletõem p̄ſupponētes euacuatõi opponunt̄ quaꝝ obſeruatio i regimine reſumptiuo hn̄da eſt.Eā itaq; ꝯſtipatõem ſenibus indicūt ſic̄ ⁊ ceteris etatibus cuiuſlibeat ꝯplexionis ⁊ in oībus regionibꝰ;hyberno p̄cipue tp̄e qua vtit̄ retētiua virtus dūtaxat quoad corpi eiuſq; incolumitati in ꝯſeruando corpis humiditatū radices auxiliat̄. ipſam nāq; nihil aliud eſſe q̄ȝ victoriam virtutis retentiue ꝓdunt.Attn̄ qa interdū ꝯſtipatio noxia eſt eo q̄ ſuperuacua retinet cū cibis aut medicinis aluo aut veſice imꝑantibus quoꝝ notio iam p̄ceſſit ꝯſtipatiōis nocumēto reſiſtendū eſt.nam vt inqt Auerrois res q̄ nota biliores ſunt in vſu ſenectuſ ille ſunt in qbus virtus ſtiptica nō repit̄ eo q̄ ambabꝰ q̄litatibꝰ reſiſtūt ei qđ q̄rit̄ i eis.

### De Ebrietate.

e Brietatem q̊ȝ qua ſit agitatio quedā inſtrōꝝ ſenſuū eam nōnuq̄ȝ ſenioribus nāe frigide tp̄ibus frigidis ⁊ in regione ſeptentrionali Albuc.ꝯcedit. q̄ delectatiōem nō aufert.nā doloribꝰ grauibus opem p̄bet. nō tn̄ ea qua oīo rōnalis amittit̄ oꝑatio.q̄ ſi crebra fuerit;mala eſt ⁊ noxia ſenibꝰ. corpus.n. reddit imbecillius neruoſq; emollit. de qua ſufficient̄ ſermo hitus ē dū de vino agebat̄.c.xvij.

### De Opilatione.

r Eliquū eſt vt ad cohibendā opilatõem regimini reſumptiuo plurimū aduerſantē accedamꝰ. ſiue ea ſit quā craſſities humoꝝ efficit.ſiue ea quā viſcoſitas.aut ea quā multitudo.n etſi q̄ a vino euenit opilatio moderata ſit ⁊ leuis;illa tn̄ q̄ ab alimentis viſcoſum ⁊ craſſum humorē dantibus nō facile eſt ſanare.Senes itaq; auctore Gal̄.ꝓhibeant̄ ab eſu condri qđ eſt frumēti genꝰ ſatis alibile;viſcoſuȝ tn̄ dans alimentū;caſei q̊ȝ ⁊ ouoꝝ.p̄c ipue nō recen

tiū trementiūue.cocleaꝝ.bulboꝛūqꝫ.lenticule ⁊ ſuille car-
nis alimēto:multoqꝫ magis anguillaꝝ atqꝫ oſtreoꝝ.⁊ oīo
eoꝝ q̄ durā ⁊ indigeſtibilē hn̄t carnē. ideoqꝫ dure carnis
piſcibꝰ.ceruina.bouina.capꝛina.bubala.carne non veſci ſe-
nes p̄ceptū eſt ⁊ oīo abſtineri ab opilātibꝰ alimētis.aduer-
ſariqꝫ opilatōi ſiq̄ eſt in ſenibꝰ ab humoꝛibꝰ craſſis eueni-
ente vſu eoꝝ q̄ diſſoluūt atqꝫ attenuāt: vt eoꝝ expulſionē
facilē efficiāt ⁊ huic diſpoſitōi epithimū admodū idoneuꝫ
eſt.egritudines.n.opilationū aufert. ꝯſiſtentibus ⁊ ſenibꝰ
vtile vt ait Auic.eſtqꝫ attenuatiuū.diſſolutiuū.hētqꝫ viſce-
rū virtutē tonicā ſiue ꝯfoꝛtatiuā. opilationi vō q̄ ex te-
nuioꝛibus viſcoſis tn̄ ꝑſcindētia. nā talia inter humoꝛes
viſcoſos ⁊ mēbꝛum cui adheſerūt penetrātia ſcindūt ⁊ int̄
illa ſepatōem faciūt ſecātqꝫ ipſa ad ꝑtes vſqꝫ ꝑuas. viſco-
ſum.n.opillat ꝑꝑ ea q̄ adheret vt ait Auic.⁊ h̄ ob ſuaruꝫ
partiū ꝯtinuitatē.differt enim craſſum ⁊ viſcoſum ſic glu-
tem liq̄dū ⁊ lutū. viſcoſitati tn̄ ⁊ craſſitiei ſenectutꝫ vnice
aduerſandū eſt frequentioꝛi vſu aceti ſq̄litici aut oximel-
lis ſq̄litici ceu guſtui gratioꝛis.opilatōi vō ab humoꝝ mul-
titudine venienti p̄cipue cū alia nō fuerit cauſa cōplicata
reſiſtendū eſt remotione multitudinis illius. flobotomia.
ventris fluxu.vel alia ꝯſimili ſingulari euacuatiōe. Quia
tn̄ opilatio in ſua rōne foꝛmali clauſionē vie includēs ſuo
ꝯtrario eſt amouenda ideo aperientia huic ꝓpoſitio pluri-
mū inſeruiūt p̄cipue q̄ eā paſſionem ſenes facile incurrūt
q̄ ſtranguria appellat̄.⁊ fit cū guttatim micturiunt. Lau-
darūt.itaqꝫ talia ſicut diacalamentū.diatrion pipeon.⁊ pi-
per tuſum vino adiectū vt Auic.tradit.alei ⁊ cepe mode-
ratū eſum.ſi hoꝝ comedendi fuerit ꝯſuetudo. tiriacā q̄ꝫ ſe-
nioꝛibus vtilē ꝓpꝛie cū in eis opilatōes euenerint.athāna-
ſiā.ꝯſiliter ⁊ homoꝛuſiā. Poſt vſū vō hoꝝ ſenū coꝛpa le-
nire balnei immiſſione oleo ⁊ alimentis ſic aqua carnis in

farre ⁊ hoꝛdeo. Refert tñ Auic. vſuꝫ hydromellis ſenibus perq̄ꝫutile, eo enim tuenť a caſu in opilatōem. ſi v̄o opilatio in aliquo ſingulari fuerit mēbꝛo remouendā iubent cū eis que vnice illi appꝛopꝛianť: ſicuti opilationes meatuuꝫ vꝛine, ſemine ⁊ radice apij, aut cū foꝛtioꝛibus ſi fuerit petroſa ſicuti cū petroſilino. ſi v̄o in pulmone: cū aliquo qđ ſit ſicuti hyſopus, capillus veneris, caſſia lignea ⁊ ſilia his ſicuti eſt rob quod ſapā ſiue dulcoꝛem aut carenū ⁊ veri⁹ defrutū appellant, iuuat enim ad ſpuendū vt Auic. tradit. Qua in re meminiſſe ꝯtinuo opoꝛtet ꝙ ſeni bñ valēti neqꝫ q̄ruloſo attenuatiua dūtaxat dieta vt frequēti⁹ ſufficiēs ē.

¶ De anime paſſionibus in regimine reſumptiuo obſeruandis. Ca. xlij.

n On debet gerentocomus coꝛpi ſenili dūtaxat ſubuenire: ſꝫ ⁊ menti atqꝫ aīe vt Cicero inq̄t. nā hec q̄ꝫ niſi tanq̄ꝫ lumini oleū inſtilles extinguunť. ſenioꝝ enim coꝛpoꝛa exercitationū defatigatōe ingraueſcunt. animi v̄o ſe exercendo leuanť. Quinimo tanto magis aīe q̄ꝫ coꝛpoꝛis exercitio in regimine reſumptiuo incumbendū eſt q̄ꝫto aīa ꝑfectioꝛ eſt coꝛꝑe illiqꝫ dñať, affertqꝫ illius exercitiū vires q̄ꝫtitate adeo vt pleriqꝫ ſolo gaudio a lāgoꝛib⁹ ſanati ſunt. Sic̄ itaqꝫ pꝛo tuenda eoꝝ ſalute ⁊ vita ꝓlongāda volūtarie q̄ꝫtum ad ea q̄ coꝛpoꝛi attinēt medico ſenes obediunt: ita ⁊ quo ad ea q̄ ſunt aīe paſſiones itidē faciant eo magis q̄a coꝛꝑis ꝯpoſitio ⁊ natura q̄ oīa medicus nitiť ꝯſeruare aut rectificare aīe actiones imutant ſicuti auctoꝛ eſt Gal. Qđ ſi paſſiones ille acquiſitū aīe moꝛeꝫ comitenť difficile erit ſeni in illis medico obedire, ideo legibus, caſtigatōib⁹ aut philoſophia ad ꝯ̄riũ eum ducēte (nō facile tñ) coercendū eſſe ꝑcipiūt. Et q̄a intemꝑantia haꝝ paſſionū quas medici aīe dicunt eo ꝙ lꝫ pꝛimo ſint totius ꝯpoſiti: pꝛincipalius tñ aīe qꝫ coꝛpoꝛi attribuunť vt tradit Auic. ⁊ eius

precipue partis aie q̃ dicitur appetitus:ſicuti ſunt ira. triſticia.gaudiū.furor.timor.inuidia.ꝛ ſollicitudines extermi nant ꝛ mutāt corpora ab ea que eſt ſm naturā cōſiſtentia vt Gal'.ſcribit. Ideo tempantiā ſiue qualitatē hoꝶ in regi mine reſumptiuo eligendā ſenibuſqꝫ indicendā ꝑceptū eſt. cum aūt haꝶ paſſionū genera gaudiū ſint ꝛ triſticia quibus aſſociant̃ aut comitantur ſpirituū motiones intro foraſue.gaudiū illud ſenibus vtile affirmāt.qꝺ animi ꝛ corporis angore ſiue cruciatu quocunqꝫ repulſo ad hilarita tem ducit.pigritantibus ꝛ triſtibus iuuamentū preſtat ſenioribus proprie nature frigide tempore frigido ꝛ in regi one frigida ſicuti Albuc.tradit. Tali nāqꝫ gaudio ſpūs vi talis ꝛ caloris ſucceſſiue fit ordinatus exitus amplitudine illius ꝛ caloris dilatatione a corde ad ſingula mēbra:quibus mēbra repleta extendunt̃.Corpis pinguedo atqꝫ cor pulentia increſcunt.precipue extenuati ob triſticiā. ſenilis corpis equant̃ humores propellitur dilataturqꝫ calor ad extima vſqꝫ corporis. Propter qꝺ precepit Raſis ſenes exercendos eſſe in his q̃ delectatiōem inferūt.nā quecūqꝫ cogitationū aie gaudiū infert eadem robur viribus tribuit atqꝫ nām excitat.eſtqꝫ illi adiumento in oī eius actiōe oībus ſanis preſtans.collocatur quoqꝫ in eaꝶ rerum numero quibus exhumectat̃ corpus. digeſtionem bonā efficit: ſicuti ecōtrario triſticia concoctionē corrumpit ꝛ deſtruit propellit quoqꝫ gaudiū ſanguinem ad cutim cū dilatatione ꝛ ſparſione.ideoqꝫ cauſis colori ſplendorem cū rubore afferentibus annumeratur ab Auic.Equale tñ ꝛ tempera tum gaudiū ſenibus iniungendū preceptū eſt. ſi enim modū excedet eo ꝯtingēs eſt ſeniores corde ībecilles paucīqꝫ caloris ꝛ ſpūs emori ex nimio gaudio ſubito enūtiato quā rem plura exempla iam diu notā fecere. Euenit autem id auctore Gal'.propter exalationeꝫ ſpūs fere totius a corde

vſqꝫ ad extima corporis protinus impulſus. Alias autem aīe paſſiones que ſpiritus ⁊ calorem ꝯſimilit̄ gaudio mouent motu leni ⁊ paulatim ſenes allici; ſicuti ſunt ſpes, et amor, modū nō excedentes. aiūt eniꝫ ſenem deducere ad diſpoſitiōem adoleſcentie quo ſiquidem nihil preſtantius in regimine reſumptiuo. ſicut nāqꝫ adoleſcens in quo ſenile aliquid ſic ſenex in quo aliquid adoleſcentis probat̄ vt inqt Cicero. id. n. q ſequet̄ corpe ſenex erit: aīo nunq̄ꝫ erit Spei aūt ⁊ amori animi ſecuritatē quoqꝫ addendā iubet. implet enim corpus animi ſecuritas vt inquit Cel. mēſqꝫ quieta ex eis rebus eſt que vitā beatiorem faciunt vt auctor eſt Martialis. Spem aūt dico moderatā: nā īmoderata ſpe corpus inaret, amorē quoqꝫ ſuperuacuū rē quandam preter naturā eſſe ſenectutem celerius debito adducentem ſuo viſum eſt loco cap. tertio. Iram conſimiliter ex anime omnibus paſſionibus gaudio cum ſuis complicibus excepto que ſub genere triſtitie collocatur eam ſenioribus nature frigide hyberno tempore ⁊ in regiōibus frigidis regimini ſenectutis accōmodari p̄cipit Albucbaſis, qua increſcit pinguedo ⁊ tranſmutatus reſtituitur color naturali continentia compeſcenda. eam vero que ſuperfluit abdicauit: precipueqꝫ ⁊ omnem poſt cibum ꝯtentionem animiqꝫ agitationem veluti ſenibus inutilem non modo īmo ⁊ noxiam: nam his incenditur ſenex, fit color citrinus, tremor, anxietas, febris pernicioſa. Si vero ira moderata fuerit timidis complexiones frigidas habentibus confert: nam ſanguinem ad extrema impellit, ruboreꝫ efficit, venas opplet, ſudorem adducit. In temperamento itaqꝫ harum paſſionum quod equalitatem morum appellant animi ⁊ corporis ſimul tutela ⁊ reſumptio ꝯſiſtūt. ſumitur autem temperamentum tale a cauſis extrinſecis has paſſiones adducētibus; penes quaꝝ drīam in corpe

ſenili effectus variari ꝯtingit ⁊ in hunc modum ea paſſio eq̄litati erit attinēs q̄ reſumendū̄ ſenez nō alterabit altera tione exterminante ꝫ potius reficiente ſeu reſumente.

¶De quibuſdā accidentibus ſenſibilibus paſſi onibus anime annexis quoꝝ effectus obſeruan di ſunt in regimine reſumptiuo.

g Audiū nō mō, ſpes, ⁊ amor, cū equalia fuerint ſene ctutis moleſtias abſtergunt, verūetiā eandem mol lem ⁊ iocundā efficiūt qđ ⁊ operant̄ pleraqꝫ alia eoꝝ apti tudine ⁊ ꝯuenientia idem ſignificantia. De quoꝝ ſumma ſuaues apprehenſiones ſm vnūquenqꝫ ſenſum obiectoꝝ ſenſibiliū iocunditatem ſenſibus afferentiū eſſe ꝓhibent eo ꝙ motū ſuauem ſpirituum inſeruientiū virtutibus ſenſiti uis adducentia gaudiū imprimūt.

¶De afferentibus delectationem auditui ſenioꝝ.

n Ecqꝫ muſica armonia regimen ſenectutis carere vo luere. q̄ quidē ꝯſiſtit in modulatione cantus ⁊ ſoni ſeniles aīos allicientium ſeni cuilibet quocūqꝫ tempe ⁊ in quaqꝫ regione accōmodata, delectari ſiqdez mulceriqꝫ ea aures ſenū veꝝ et aīam ferūt, hēt nanqꝫ muſica vim gran dem nō mō aīam rōnalem īmutandi īmo ⁊ ſenſitiuā q̄ bru toꝝ eſt, ⁊ corpa humana. ideoqꝫ ad inducendos aīos ad ſalubres mores auctore Albuc. olim ars muſica adinuēta eſt, aīam enim nā delectari muſicis armonijs ꝓdit Ariſtot̄ ꝑꝑ qđ in ritbimo ⁊ cantu ⁊ oīo ꝯſonantijs gaudēt oēs eo ꝙ in motibus q ſunt ſm nām gaudemus ſm nām. Cauſaz aūt huius dicunt eſſe armoniā q̄ꝫdam nobis ꝯnaturalem ad ſilitudinē numeri ꝯſoni ꝯſtructā auctore Platone. quā ſnīam ſequens Aug̃. religionis nr̄e exemplar ſingulare q Platoni pro viribꝰ adheſit excepta fide inqt: Nō eſt ar monice ꝯpoſitus q armonijs nō delectat̄. Signū aūt eius qđ eſt nā gaudere hoīez armonijs eſſe aiūt qa infantibus

mox cum nati fuerint contingit cantu gaudere de mulcentibus nutricibus infantiũ aios ad ſomnũqꝫ eos allicientibus triplici inſtr̃o vt Gal.tradit: apoſitionis vꝫ mamillaꝝ ad os.melodia vocis.ꝛ motu.Amplius ꝛ aie langores armonia curari inter auctores ꝯuenit:vt liceat illud Platonis in thimeo: Potentiſſima artiũ muſica eſt.ꝛ mirificam habet virtutem armonia ad mitigandos dolores animaꝝ humanaꝝ ꝛ ad letificandas ipſas:imo ad oẽs paſſiões ingerendas eiſdem:ita vt dici poſſit ſic ſe hr̃e tonos ſiue cãtus ad langores animi ſicuti medicinas ad egritudines corporis.Gaudẽt quoqꝫ cameli ꝛ muli onerati ꝛ confortantur ductorũ ꝛ mulionum cantu ſicuti Albuchaſis refert.ꝛ ſicut aiam ĩmutat muſica armonia ita ꝛ corpa.tradit enim Auic.ꝙ de operatiõibus ſanguinẽ ad ſummã cutẽ mouentibꝰ ſunt ſicuti cantilena cũ inſtr̃is. fert̃ qꝫ Aſclipiadẽ medicũ freneticũ quendã ꝑ ſymphoniã ꝓſtine ſanitati reſtituiſſe.ꝛ Dauid a ſpũ ĩmundo. Saulẽ arte modulationis eripuiſſe.

¶De ꝯmoditate ꝯfabulationũ ĩ regimine reſumptiuo.

c Onfabulatõibus nõ mõ ad ſomnũ ſenes induci veꝝ etiã eiſdẽ ſpũs ꝛ ſanguinem augeri.concoctõem pſici precipue aſſumpto cibo ante horã cubitus ſenileꝫ aĩam exhilarari.eamqꝫ diuerti a triſtantibus cogitatõibus confeſſum eſt:quo in gn̄e regem ꝛ ludum aſſignãt que(vt ait Ariſtot.) in vita ſunt nccĩa. Fiet aũt id oẽ ſi eaꝝ reꝝ erit ꝯfabulatio q̃ ſenioꝝ aĩum demulceant.cum enim ſm plurimũ ꝓteritoꝝ ſit ꝯfabulatio ſi de operibus bene acte vite ſenis extiterint ita vt eiꝰ laudent̃ opera ſenibus nulla cõfabulatio neqꝫ gratior neqꝫ accõmodatior excogitanda eſt. mos eniꝫ ſenũ eſt de ſeipſis gloriari vt ait Cicero:placida qꝫ ac lenis ſenectus eſt qete ꝛ pure ac legant̃ acte etatis. Qm̃ aũt q̃t ſunt hoĩes tot(vt aiũt) ſn̄ie ꝛ opiniones atqꝫ

cupidines: ideo variande ſunt ↄfabulationes in regimine reſumptiuo iuxta appetentiā ſenis illius cuius inquirit̄ re ſumptio. alios enī ſenes delectāt alia ⁊ alia ſtudia. quoſdā q̄dem agricultura q nulla (vt fert̄) impediunt̄ ſenectute. alios hiſtorie. amantiū paſſiones. pugnantiū rixe. caſtroꝝ expurgatões ⁊ hmōi. quoꝝ recitatores ſiue cantores bar dos gallice appellant: q vꝫ viroꝝ fortiū laudes canunt. in his ēt oībus gaudet magis loquēdo q̄ꝫ audiendo. ſenect⁹ enī eſt nā loq̄tior vt liceat fateri illud poeticū: O ſola for tes garrulitate ſenes. Et oīo ex varia ſenū nā euenit vt eo rū ſit inclinatōis diuerſitas in eo q̄d eſt delectari ⁊ gaudē alijs ⁊ alijs nō ↄfabulatōibus mō ſꝫ ⁊ enigmatib⁹ q̄buſdā oblectatorijs ſcibilibuſq̄ꝫ iterdū phiſcis. aliq̄n theologicis nōnunq̄ꝫ v̄o rethoricis. ſenioꝝ enī q̄dā bonū nāe ſequētes magis ⁊ ſtudiū vt Albert⁹ refert quoꝝ ↄplexio ſpūs ⁊ ca loris ſubtilis ē ⁊ humoris luminoſi nō ↄſtanſ̄ ꝑ frigidū cō gelās. neq̄ꝫ turbata ꝑ calidū ↄmiſcēs. diuinis ⁊ ſubtiliori b⁹ reb⁹ delectant̄. quoꝝ v̄o imaginatiōis organū optīe p̄ paratū ē ad fig̃as tenendas ꝑ tp̄ate ſiccū ⁊ ↄplexiōale nō ↄgelās frigidū ⁊ intellect⁹ ad imaginatōeꝫ reflexus eſt. hi doctrinalib⁹ ⁊ mathematicꝭ gaudēt ſtudijs ⁊ hmōi. quoꝝ aūt medulloſū ⁊ bn̄ plenū ē organū ſenſus cū ſpū lucido n̄ ↄmixto neq̄ꝫ pigro ꝑcōgelans frigidū ⁊ organū imagina tōis eꝫ. nō erit fig̃as bn̄ retinēs ⁊ intellectus erit reflexus ad ſenſū. hi gratas hn̄t ſpeculatōes nālеſ circa nālia ⁊ mo bilia p̄cipue q̄a in q̄libet nāli q̄ꝫtūcunq̄ꝫ mobili ē aliq̄d diui nū ⁊ mirabile. quoꝝ aūt ↄgelati ſunt ſpūs ⁊ nō bn̄ clari ꝑꝑ frigus inſpiſſans occupant̄ circa ſigna rethorica ⁊ in ip̄is hn̄tur neq̄ꝫ ꝓfundant̄ in aliq̄ veri ſpeculatōe. Cōfabulatio aūt tāto ſenib⁹ erit gratior q̄ꝫto fabulator ſeu recitator illi us ꝑſpicacis erit igenij. in ritbimis ⁊ verſib⁹ ⁊ oīo in gene rib⁹ eaꝝ ↄfabulationū q̄bus delectari ↄſueuit reſumēdus

ſenex plurimū eruditus.ſitq̄ʒ cautus in prolongādo ⁊ ab-
breuiando.ↄtinuando.ornando. ordinandoq̄ʒ ſnīas iuxta
oportunitatē:ita tñ ne ꝑlixitate ſermonis varieť ↄfabula-
tōis intentio.Sit corculus.i.ſolers in ↄperiēdo ea q̄ riſuʒ
adducunt. ſcrutator hiſtoriaꝝ atq̄ʒ ſermonū delectabiliū.
ſitq̄ʒ obſeruator modoꝝ recitādi abſq̄ʒ vultus aut effigiei
mutatōe.ſit facetus.vrbanus.articus.i. bonis inſtructus
artibus.curialis.euitet blacterā.i.ſtultā aut ꝓcupidā elo-
cutionē.nō atticiſcat neq̄ʒ ſiciliſſat.i.ſimul loquať:vtať tñ
aliqñ verbis blanditelis.aliqñ cauillatione.i. iocoſa calū-
niatione.ſitq̄ʒ potens ſuſtinere vigilias vt his oībus ↄcur
rentibus res aſſumat plenitudinē gaudij.qd̄ equidē ꝑpul
chre fiet ſi ſenex vt nature delicatior eſt.ita patientius to-
leret ↄfabulatorem ſecum morantem.

¶De Conanticis.i.confortantibus ſenioꝝ viſum.

ſ Piritus viſui inſeruiētes moderata luce veluti ſuo
ſili gaudere inter auctores ↄuenit eo q̄ ipſi vel ſunt
lux aut ſaltem effigieʒ lucis gerentes.īmoderata vō ſicuti
⁊ ſplendore nimio ledi.diſſolui.diſgregari. ſenioꝝ ꝓcipue
viſum quoꝝ iam minor eſt.ipſa caligant lumina ita vt vix
viſu noſcere certa queant. Egent itaq̄ʒ ſeniores ad viſus
reparatōnem ſiue cuſtodiā alio euelpide q̄ olim maximus
fuit ocularius medicus.egent q̄ʒ intuitu quorundā coloꝝ
luci mediocri ꝑticipantiū viſumq̄ʒ repantiū: ſicut ex multꝭ
eſt color grane tinctoꝝ quē coccū dicunt. arabice vō ker
mē.qui q̄dē color in roſis micat.gratius nihil tradiť aſpe-
ctu vt inquit Pliñ. ſiliter color ametiſti q̄ eſt color gēme
precioſe coloris violacei.⁊ color floꝝ malue. color q̄ʒ lu-
teus ⁊ eſt color floꝝ geneſtre ſeu vitelli oui.huic enim co
lori honorē antiquiſſimū in nuptialibus flāmeis totū femi
nis cōceſſum fuit.colore tñ ſmaragdino ad ſpūum viſui in
ſeruientiū diſgregatoꝝ ↄgregatōeʒ.ſiliter ⁊ colore cianeo

is eſt medius inter viride ⁊ nigrū. ſenioꝝ viſum roborari inter omnes auctores ꝯuenit. ledi aūt albedine ⁊ oīo ſplē dore nimio. ſenectutiqꝫ ꝯducere intueri frequentius obiecta viſibilia venuſtate ſpecioſa. Refert enim Auic. ꝙ ex rebus colorem bonū faciētibus cū ſplendore ſanguinem ad cutem mouēdo cū ſparſione eſt aſpicere qđ delectat. ⁊ ſedere cū pulchris decenter indutis ⁊ aſpicere ad ſpēs litigantiū de pignoribus in victoria ⁊ iurgiū ⁊ alia.

¶ De Conanticis Olfatum ſenioꝝ.

r. Es odoratiſſimas quas aromaticas dicūt ſenectuti ſalutares ꝑdicāt. eaꝝqꝫ iuuamētū ⁊ ꝯuenientia nāe hūane eē nō vulgaria eo ꝙ cordis icolumitatē ꝑſtāt ita vt ſolo odore aīaꝫ ſiue virtutē reparari affirmēt; eo ꝙ ipī ſpiritibus q̄ virtutū ſunt latores alimentū prebeāt. quoꝝ proportiōem ad virtutes ipas eſſe ſicuti ꝓportiōeꝫ aeris preparati ad recipiendū lumen ꝓdūt. inclinariqꝫ ſpūs ad aromatizitatem. repari. refocillariqꝫ ex ea. et inde ꝓculdubio virtutū vires increſcere. propterea preſtans eē ſeniores q̄ etate iā ꝓceſſerūt vti rob odoratiſſimis faciē ⁊ caput inficientibus atqꝫ ſuffumigationibus Raſis iubet. Neqꝫ exiſtimandū eſt odoreꝫ bonū in regimine reſumptiuo recipi luxus dūtaxat inducendi grā; q̄ ꝑfecto ſupuacuus eēt niſi iuuamentū notū pre ſe ferret ad reſumendos ſenes. eteniꝫ odorē q̄ gerit ipſe nō ſentit imo alienā potius q̄ꝫ gerentis voluptatē facit vt Plinius auctor eſt. Aromaticū auctores appellare ꝯſueuerūt oē qđ ex gn̄ibus floꝝ odoratiſſimū eſt. cuius nām calidā eē Gal. ſcribit; lꝫ oīo hoc veꝝ nō fit; ſicuti apparet de roſa. viola. mirto. nenufare. amplı⁹ et de cāphora. ⁊ ſandalo. videnť aromata nomen traxiſſe vt eſt apud Diaſcoridem vel ꝙ aris impoſita diuinis inuocationibus apta videantur. ſeu quia aeri inſeri ⁊ imiſceri probantur. Nam quid eſt odor niſi aeris contractus.

Ex ſimplicibus aũt odoꝛe ſuo ſenio opē ferētibus ex mul
tis ſunt in p̄mis.xiloaloes.qꝺ lignū aloes dr̄.calide ꝛ ſic-
ce nāe ad gradū vſqꝫ.ij.ſenibus p̄cipue nāe frigide hyber
no tp̄e ꝛ in regionibus ſeptētrionalibus plurimū auxiliari
ita vt eo etiā increſcāt ꝛ multiplicent̄ ſpūs vitales Albu.
tradit.eſt ſiqdem ſub̄e tenuioꝛis.opilationū aperitiuū.vē-
toſitatū diſcuſſiuū.ſupuacuitatis hūide ꝯſumptiuū.viſceꝝ
p̄cipue iocineris.ſtomachi.ꝛ cerebꝛi.atqꝫ neruoꝝ viriū re
paratiuū.fetoꝛem oꝛis emēdat.eligendū eſt ex eo nigrum
pōderoſum.Et muſco eſt ſua glā cū ꝛ ipm laudatiſſimi ſit
odoꝛis calide ꝛ ſicce nāe ad gradū vſqꝫ.ij. quo cerebꝛi et
coꝛdis augeſcūt vires.ſenioꝛibꝰ p̄cipue nāe frigide hyber
no tp̄e ꝛ in regiōibus ſeptentrionalibus plurimū ſalutare
affirmāt.Ambꝛā ꝯſimilit̄ cuius naturā calidā in gradu.ij.
ſiccā aūt in p̄.cuius tenuitate ꝛ calefactiōe cerebꝛo ꝛ ſen-
ſibus adiutoꝛiū optimū eē pꝛedicāt.audaciā excitar̄.ſpūs
multiplicare. ideoqꝫ ea reſumi ſenioꝛes nature p̄cipue fri-
gide ꝛ hūide hyberno tp̄e ꝛ in regiōe ſeptentrionali.His
oibus liliū eē annumerandū auctoꝛ eſt Albuč.cū hoc eni
ꝙ roſe nobilitate pꝛoximū eſt.ſui etiā caliditate ꝛ ſiccitate
adiunctaqꝫ aromaticitate p̄cipue celeſte ꝛ eiuſdem ꝓpꝛie
radix cerebꝛi ſupuacua diſſoluit.eiſdē ſenioꝛibus ſalutare
ſcribūt.cui ꝛ pleraqꝫ alia odoꝛe iocundo flagrātia veluti
coꝛtex citri annumerari p̄ceptū eſt. Et oio qa ſenilia coꝛ
poꝛa vt ingt Aly Rodoā ſanguine ꝛ ſpū ſunt diminuta in
digēt ſenes illoꝝ refectiōe.gaudio.ituitu reꝝ delectabiliū
ſicuti.celi.ſtellaꝝ. aque.ꝛ coloꝛis boni.ſtrato albo.ꝛ vaſi
bus p̄tioſis aureis aut argenteis p̄cipue qbus poꝛrigir̄ ci
bus ꝛ potus.nō aūt vaſibus eneis:opoꝛtet enim auctoꝛe
Auič.caueri ab vſu dimittendi eſculenta queqꝫ in quibus
eſt ſalſedo.aut amaritudo.aut pinguedo . ſic ſunt olera et
carnes. aut acetoſitas.aut dulcedo.in vaſibus eneis.aut

bibendi ex eis. ipſa enim proculdubio efficiũt ziniariam ꝛ ziniar venenũ eſt. Indigent ꝙ̃ ſenes eis que aie delectatiõem afferũt ex narratiõibus ad riſum ꝛ leticiã adducentibus. ex ſuffumigatiõibus ꝛ odoꝛibus iocundioꝛibus. vt nullo penitus genere hilaritatis abſtineãt. in qbus oibus ſenilẽ animũ interſtitiõe aliqua negocioꝝ data laxari, indulgeriqꝫ pꝛeſtat. ea tñ rõne ne ſm paſſiões viuentes ſenes perpetrando turpia aliqua labanť ita vt verecũdi habeanť. nam etſi iuuenem verecundũ laudemus ſenem tñ neq uaꝙ̃. ethicoꝝ. iiij.

¶ De admittendo ꝛ ꝓhibẽdo venereoꝝ vſu in regimine reſumptiuo. Ca. xliij.

a Venereoꝝ vſu ſenioꝛes ſimpliciter arcẽdos iubẽt. eoſqꝫ celibem. i. dignã celi vitã agere pꝛeſtat. cũ enĩ in eis vt peritioꝛes dicũt ex oꝛificijs venaꝝ ꝛ arteriaꝝ minutaꝝ exiſtentiũ in ambitu totius coꝛpis ad teſticulos et vaſa ſeminaria nõ reſudet ſupuacuũ aliqđ de quo ſit curã dũ ꝓpter ſenes multo minus reſtaurari ꝙ̃ diſſolui. ſicuti etiã euenit in multũ abſtinentibus cibo ſi ſenioꝛes coeant. accidet ex ſeminis effuſiõe qualecũqꝫ ſit in teſticulis eoꝝ. teſtes ſuperflue euacuari ꝛ exinde attrahere a toto coꝛpe id qđ ſupuacuũ nõ eſt ſicuti ventoſa. cui rei plurimũ adiutoꝛia eſt partiũ genitaliũ frictio ſuperuacua eoꝝqꝫ excalfactio per frequentiã coitus acquiſita. Ablato itaqꝫ ĩmo verius rapto alimẽto a mẽbꝛis ſenioꝛis ꝓximo coagulationi qđ iã fere ſtat loco deperditi; cũ ipm̃ ſemen ſit ſupfluitas vltimi alimẽti vtilis accidit inde mẽbꝛoꝝ ſubãm minui deſiccariqꝫ ꝛ vniuerſum coꝛpus ſenile imbecillius fieri ꝙ̃ ex effuſiõe cuiuſcũqꝫ alteriꝰ ſupuacui; ĩmo magꝭ ꝙ̃ ex flobotomia. rapiť ſiqdẽ vt dicebať a mẽbꝛis ꝓximũ coagulatõi alimentũ. Qđ quia in coitu ſit etiã exuberans euacuatio ſpirituum virtutum latoꝛum qui ex coitus multiplicata

delitia foras eijciũtur cũ ſemine ⁊ p oẽs corp̄is poros ſicuti in gaudio accidit virtutes deficere que ſpiritibus indigebant veluti proprio inſtrõ:imo euacuato calido ⁊ humido quibus conſiſtit vita ſeniorum accidit inde feſtina mors. Conſtitutis v̂o in p̄ma ſenectute ↄcubitũ nõ oĩo ſiĉ ſenioribus interdici preceptũ eſt. ꝑꝑ virtutes primoꝝ ſenũ nõ eẽ ita imbecillas neue cũ tãta frigiditate ⁊ ſiccitate corporis. rarius tñ eius vſus eiſdeʒ eſt iuuãtior. ꝑꝑ qꝺ ⁊ cũ nõ mediocri cautela eiſdem iniũgendus. Id v̂o oẽ cõfirmat Halyabatis ſnĩa li. p̄. ſue theorice. cuius verba ſũt hec: Grandiores minuanť a coitu q̃tuʒ poſſunt: ſeniores q̃ʒ caueant coitũ oĩo. nõ eniʒ ex dictis ĩmanifeſtũ eſt etate iuuentutis ⁊ adoleſcẽtie exceptis coitũ alijs etatibus plurimũ noxiũ eſſe. pueros q̄dem impediens ad augmentum ſenes v̂o trahens in decrementũ. qꝺ ſi quouis mõ ↄcubitus ſenibus ꝑmiſſus ſit ex tanto interuallo actus ille exercendus eſt quo vtens ſenex in illius vſu virtutis imbecillitatis aduentũ nõ ſentiat. his eniʒ nõ inutilis eſt quẽ corporis neqꝫ langor neqꝫ dolor ſequiť. idem interdiu peior eſt: nocte tutior. dũmodo neqꝫ illũ cibus neqꝫ hũc cũ vigilis labor ſequať. neqꝫ eſtate neqꝫ autumno vtilis: tolerabilior tñ p autumnũ. eſtate in totũ ſi fieri põt abſtinendũ: difficile tñ eſt in ſenibus ſicuti ⁊ in alijs etatibus concubitus vſum metiri nã freno (vt aiunt) ſobrietas abſorto ad eius actũ ꝑꝑ delectatiõem maximã ꝑueniť. ideo circa ip̄m multifariã peccare ↄtingit. virtus enim ↄcupiſcibilis auctore Ariſtotele alijs virtutibus ratiõi minus obedit. cuius cã etiam euenit ꝙ plus rationi obediens eſt iratus q̃ꝫ concupiſcens.

¶ De Flegmatis ſuperuacui in ſenio habundantis cura. Ca. xliiij.

q Voniã humiditates flegmatice ⁊ extranee ſeniori

bus congeſte exterius adherẽtes membris eoꝝ que rõne etatis iã inaruerunt eaq́ȝ remoliẽtes frigus mortis ⁊ caloris naturalis ſuffocatiõem inducẽtes vitã breuẽ faciũt. ideo eaꝝ generationem ꝑ virili cohibendã eẽ ꝓceptũ eſt. eaſdẽq́ȝ iã genitas quoad fieri põt expelleꝛ. ꝓhibeꝛ ſiqdeȝ eaꝝ aggregatio in primis adequatione regiminis reſumptiui in ſex reꝝ nõ naturaliũ generibus. de q̄bus iã ſuis dictũ ẽ locis. ⁊ cautela eaꝝ reꝝ quaꝝ adminiſtratio eas humiditates adducit; ſicuti vſum eẽ eoꝝ affirmãt q̄ opilatõnem efficiũt; ſicuti leguminũ. fructuũ aquoſoꝝ. recentium oleꝝ. piſciũ. lacticinioꝝ. tritici cocti. ⁊ hoꝝ precipue imoderatus vſus. potus aque frigide craſſioris ꝓ̄ſertim ſube vſus reꝝ frigidaꝝ etiã crebro ꝯtractaꝝ tactu; veluti ſunt aqua roſea. camphora. cuius vſum accelerare canitieȝ auctor eſt Auic. opium. mandragora. nenufar. cicuta. His q̄ȝ addunt ſomnũ imoderatũ. poſt cibũ ⁊ adhuc magis interdiu q̄ȝ noctu. ⁊ inebriari. crapulariq́ȝ. ꝯcubitus ſuperuacuus. oĩa hec frequẽtiori vſu. Humiditati aũt extranee iã in eis aggregate aduerſandũ eſt eam vel rectificãdo. aut abſumendo cũ equantibꝰ eã rebus digerẽtibus ⁊ euacuãtibus q̄ vt opponanꝛ diſcraſie frequentius calida eſſe volunt. quo in gñe vſus mirobalanoꝝ kebuloꝝ ad intentõeȝ hãc in magnis laudibus habitus eſt. quoꝝ vires ſunt ſuꝑuacua in ſtomacho ꝯtenta abſumere. inarere ſui ſtipticitate. ſtomacho tonãtica ſunt. ſanguinẽ ab humore melancolico depurãt. ideo ⁊ melãcolicis vtiles ſunt. illuminãt. carnis ⁊ cutis ſplendorẽ adducũt. ⁊ oĩo calidis ⁊ frigidis nã ſenioribus mira quadã vi vt aiũt bezoartica auxiliari inꝛ oẽs auctores ꝯuenit. ita vt ꝯtinuata quotidiana eorundẽ maſticatio annua numero ſuꝑueniẽte adoleſcentiã cõſeruet ad finẽ vſq́ȝ vite vt auctor eſt Auic. q̄ ſi haꝝ humiditatũ ꝯgeries in ſenioꝝ pectore aut pul mone vt conſueuit

extiterit.qui tuſſi quadā anhela quodā cū ſonitu tuſſiunt fere ſenes oēs ſalutare remediū eē ferūt ſyrupū de praſſio quē ſenibus ⁊ oīo nā frigidis aſmaticꝫ.ſenibus maxie familiari.mederi pcipue flegmate craſſo putrido auctor eſt Meſue. Iſopum qꝫ pectori ⁊ pulmoni diſnia ⁊ tuſſi antiquis afflictis pferre Auic.tradit. ſi vo cacochimia hec in ſtomacho ſeniorꝫ fuerit ꝯgeſta ſiue aliūde defluxa: nā deſcēſus flegmati a capite ad ſtomachū plurib9 accidit hōibus ⁊ pcipue Rome auctore Gal.⁊ i regiōibus q̄ ſm diſpoſitiōez eius humide ſunt optimū adiutoriū eē ferūt vſū quorundā ſimpliciū calidorꝫ ex aromatis digeſtiōez iuuātibus:ſicuti gariofili ligni.aloes. nucis muſcate.galange. cubebe.ʒinʒiberis.cinamomi.pipis.triū generꝫ calami aromatici granorꝫ paradixi ⁊ hmōi.Ex ꝯpoſitis qꝫ huic inſeruientibus negotio efficaciora habita ſunt in primis ʒinʒiber ʒucaro ꝯditū ⁊ cortex citri pari mō pparata ⁊ diātos flegma ⁊ melancoliā in cerebro ꝯtentā abſumit.laudauerūtqꝫ h oīa in vino diſſoluta.deinde colatū epotū.ſic eniꝫ laudatiorē ꝯmixtionē putāt atqꝫ ad mēbra ſingula penetrādo facili9 vehi ⁊ in eiſdē trāſmutari vt tandē humiduꝫ flegmaticū extraneū in mēbrorꝫ foraminibus reptū abſumat.digeſtiōis vires increſcāt.⁊ ſanguis reparet. metiri tn̄ iubēt horꝫ vſum ne ſeniores nāe ⁊ epatis calidioris ſicciorīs ue magis incendantur ⁊ fere adurantur:quibus aliquando gariofilum vino granatorꝫ acetoſorꝫ vel muʒorꝫ ꝯmixtū deuorandum eſt. puluis flegma putridū crudū in ſenioribus abſumens.virtutum mineram atqꝫ vires corporis precipuas ⁊ ſtomachi corroborans. calidos natura non ledens.recipit margaritarꝫ auri.cubebarꝫ.muſci.ciperi.ſpice nardi.oʒimi.liquiritie aā.croci paruꝫ ʒucari ad pondus omniū. Nihil poſtremo ad earum humiditatum euacuationem accōmodatius agarico putant; precipue

vbi opus fuerit, flegma enim ⁊ melancoliã contenta in ce rebro ⁊ pectore educit. Preſtat preterea cerebrũ senioꝝ tueri ne reumatizans cattarros branchos ⁊ corizas ad‑ducat. q̄ oia in valde ſenibus auctore Hypocrate nõ ma‑turant cui ꝓpoſito ſalutare remediũ eſt rebus quibuſdaꝫ vti odore ſuo cerebro peculiaribus; tñ etiã poſitiõe pulue ris gariofiloꝝ aut laudani ſiue macis ſuper cõmiſura co‑ronali. illinimento capitis cum oleo de beẽ. cuꝫ aromatis hyberno p̄cipue tp̄e. eſtiuo v̂o aquam roſeã imiſſo in ea mace tuſo laudatiſſimã predicant.

¶ De cura Rugaꝝ defedatiõis forme ⁊ decolorationis ſenioꝝ ꝯuerſiõiſq꞉ eoꝝ ad pallorẽ ⁊ liuorem. Ca. xlv.

r Ugas ⁊ canos ſicuti in antehabitis determinatum eſt nõ minꝰ q꞉ ſenectutis aduentũ cohibere impoſſi bile eſt; hoie p̄ oẽs etatis gradus vſq꞉ ad mortẽ decurrẽ‑te. pñt tñ vtcũq꞉ retardari etſi difficult̃. difficultatis auteꝫ cãm aſſignant precipue quia hec accidentia eueniunt ob errorẽ virtutis digeſtiue tertie quẽ corrigere difficile eſt. eo q̄ ipſa virtus digeſtiua tertia in membris eſt ſita pluri‑mũ apparentibus in quibus non eſt baſis nec robur natu re. ſunt nanq꞉ membra illa vilia reſpectu principalium. ⁊ hec eſt cauſa propter quam error digeſtionis ſecũde cor‑rigi non poteſt per digeſtiõem tertiã ſicuti error prime v̂t cũq꞉ per ſecundam emandatur. Hinc quoq꞉ euenit diffi‑cultas corrigendi diſpoſitiones et accidentia ex virtute digeſtiua tertia errãte euenientia; cuiuſmodi ſunt hec quo rum cure inſiſtimus. Ad retardanda itaq꞉ accidentia hec preter neceſſariam adequationem rerum ſex non natura‑liũ (obſeruata etiã conſuetudine) precipue ꝓ viribus va‑candũ eſt vt fiant oia cum quantitate digeſtiõis. eſt enim hec radix intentionis huius vt tradit Auicenna. nam ex

corrupta digeſtione ſanguis generat̃ corruptus ⁊ exinde humores fiunt nõ puri.precipueq̃ intendendũ eſt in recti ficando virtutẽ digeſtiuã ingenijs quibuſdã que tñ rariſſi ma ſunt.longe tñ plura quibus errori virtutis digeſtiue ſe cunde.plurima võ quibus errori digeſtiue prime.ea autez ſunt nõnulla eorũ ꝓprietate vim digeſtionis tertie repan tia;ſicuti ex appoſitis extrinſecus imprimis eſt vnguentũ ex ſucco tapſie.⁊ celidonie. calamẽti.apij. radicis lapacij acuti.Precipue tñ atq̃ vnice aſſiduo eſu carniũ viperaꝝ preparataꝝ eo mõ quo ſuo dicet̃ loco.eis quoq̃ tardant̃ ruge imo ⁊ auferunt̃.nam cum cutis corrugata his egeat que ipſam inouent depurando cum rubore ⁊ ſplendore vt quoad fieri poteſt cutis antiquetur.i. ad priſtinũ modum vt ad iuuente venuſtatem reducatur. Id proprie fieri ha bet his medijs que cutem ipſam extendant ⁊ ſanguinẽ de purent.detegitur võ cutis ⁊ extenditur quando ab ea qđ mortuum eſt amouetur tenui extenſione cutiſq̃ molli abſ terſione ſubtiliatur.quod aptiſſime fit eſu frequentiori car nium viperaꝝ.ea ſiquidem cutis repata excoriatur ⁊ ino uatur mira quadam(vt aiunt)virtute ad cutem vſq̃ cor poris perueniente expellens inde ſuperuacua que ſunt in corpore. Propter quod experimento cõprobatur ab eis qui veſcunt̃ viperis in quoꝝ corporibus ſunt humores vi tiati exire ſuperuacua quedã ſquãmis ſimilia ab humorib⁹ illis deciſa:quod totũ euenit mira earum carniũ proprieta te qua humoribus adherent ⁊ ad cutem vſq̃ eos addu cunt.precipue quod ex eis craſſum eſt ⁊ terreũ.ſcabiem ⁊ egritudines alias natum inducere.quib⁹ cutis eleuat̃. tu meſcit inficiturq̃. Fert̃ quoq̃ ethiopes quoſdã q athon montem incolunt quia vipinis carnibus alant̃ nec capiti nec veſtibus coꝝ noxia corpori ineſſe animalia.quarũ car nium preparandi modũ laudatiorez ſuo ponemus loco in

ſequentibus. Neq; preterire fas eſt quod magna auctorꝝ aſſeueratione laudatum eſt. ferunt nanq; aurũ ad vite humane longiora ſpacia proficere vt paulo inferius dicetur. Preter hec autem que cutim corrugatam reparãt cũ innouatione eſt ſpiritus ⁊ ſanguinem mouere partes cutaneas verſus. nam id mundificationem ⁊ ruborem ⁊ oĩo ſimulachrum ſpeciei ⁊ venuſtatis iuuenilis adducit. faciũt autem id quecunq; cutem abſtergunt leui abſterſione eaꝫ attenuantia vt quod in ea fedum ⁊ mortuũ exiſtit detegatur tenui detectione. Sunt enim plurima eorũ que ſangninem mouent ad exteriora huic ꝓpoſito inſeruientia ſi obſeruetur cutis a calore. frigore. vento. ⁊ hmõi. ⁊ ſunt talia quecunq; tenuiorem dant ſanguinẽ. de quoꝝ ſumma ſunt cicera. oua ſorbilia.. recentia. aqua carnis. vinũq; odoriferum ⁊ ficus ipſe generãt ſanguinem ſubtilem expulſum ad cutem. ⁊ propter hoc faciũt pediculos ſicuti Auic. prodit Refert Plinius ficus ſenibus meliorem valitudinẽ facere minuſq; rugaꝝ. ꝓpellunt ſiqdem nutrimentũ ad cutem. valentq; vnice in aptione viarum nutrimenti ſi ieiuno ſtomaco edantur ⁊ ꝓprie cum nuce ⁊ amigdala. Decoctionem ſi'iter ex ficis ⁊ dactilis imperfecte maturis ſepenumero epotam calidam in aurora vt iuuantem ad idem laudarũt. nec minus caprinũ lac ad quattuor vſq; vncias adiectis duabus vini odoriferi albi eadem hora diebus ↄtinuatis. addunt enim duo hec in ſanguinẽ tenuiorẽ ⁊ caliditatem inatam. Eſum ↄſimiliter amigdale non edilis ſeu amare cui peculiare eſt opilationes in extremitatibus venaꝝ accidentes aperire. eius quoq; oleũ efficatius ad oĩa hec Plinius tradit. nam cutem erugat nitoreq; ↄmẽdat. Sunt preterea ⁊ ad idẽ excogitata remedia quecũq; ſanguinẽ mouent ad cutim cũ dilatatione ⁊ ſparſione veluti piper. ciperus. gariofilus. ⁊ crocus. licꝫ ſanguinem tingat ⁊

proprie in vino cocto. ⁊ acorus colorem bonum preſtat.
Neqꝫ in vniuerſo reſumptiuo regimine pretermitti volūt
eſum laudatorum alimentorū.afferunt enim auxilium non
mediocre ad ſimulachra iuuentutis in ſeniorib⁹ adducen-
da:imo ⁊ ad coloris plumbei rectificationē laudat Auic.
eſum granatorum.d.cicerum.vini odoriferi vitelli oui ſor
bilis.iurulente potionis carnis galline. perdicis turturis
ſaginatarum.⁊ omnino eſum eorū que calorem cordis in
ſua cōſeruant temperie ne ſuos egrediatur terminos.quo
modo ⁊ ſanitas conſeruatur vitaqꝫ ⁊ ſenectus extendun-
tur. Laudarunt precipue quattuor hec cunctis efficatio-
ra:quorū duo excalfaciunt ſenectutem caliditate illi etati
accōmodata:vinum videlicet aromaticum.cuius vires in
reſumenda ſenectute ſuo poſite ſunt loco.cinamomū ſimi-
liter:precipue nō antiquum.i.annum citra tertiū. eſt nāqꝫ
excalfactiuum.nutritiuū. leticiam adducēs.a putrefactio-
ne preſeruatiuū. caloriſqꝫ naturalis excitatiuum. Sunt ⁊
duo ad idem humectantia calidum cordis inatum in ſua
cuſtodientes temperie.oua videlicet ſorbilia recentia lau-
datorum animaliū cum zucaro.alterum vō eſt iurulēta po
tio iuuenis pulle gallinacee.aut aqua carnis que conſimi
liter fere operantur calefaciendo ⁊ humectando cū equa
litate. His quoqꝫ addi iubent lac muliebre humanū quod
cunqꝫ ceu maxime alibile. Poſtremo vō aiūt cuncta alia
ad idem excellere ſolem potabilem cuius notio quinqua-
geſimotertio capite inquirenda eſt. Preparare inſuper ſe
nem ad ſudorem preceptum eſt:ita vt eius cutis deterga-
tur et a ſuperuacuis depuretur: deinde alimentis lauda-
tioribus eos nutrire ſicqꝫ diſpoſitionem iuuente ſimilem
eiſdem acquiri. Apponuntur quoqꝫ ⁊ localia quedā que
adiutoria topica caſſius felix appellat cuti appoſita:virtu
te quorum rugis imperant;ſicuti peritiores laudarunt hu

morem capitum egredientium ex arbore dirdar id eſt vlmi.abſtergit enim vt fertur ſeniorum faciem. Lilium albū hortenſe ⁊ proprie radicem eius faciem mundare eluendo terſam efficiendo ⁊ contractionem eius retinendo auctor eſt Auicenna. Oleum ſiſaminum filio Serapionis auctore extendit rugas cutis ⁊ eam mollit. Amara amigdala tuſa faciei circumplaſmata applanat eius contractionē vt eſt apud Auicen. veri modo ſimile eſt eiuſdeꝫ oleum earundem virium eſſe. ſcribit enim Plinius oleum amigdalinum purgare. mollire corpora. cutem erugare. nitores cōmendare. varos id eſt lenticulas in facie apparentes: plus tn̄ feminis cum melle a facie tollere vt ait Celſus. leonis adipem cum roſaceo cutem in facie cuſtodire a vitijs candoremqꝫ ſeruare. Oleū tartari rugas delere inter mulieres ꝯuenit. Radicē feſſere ex qua fiunt trociſci ad faciē clarificandam. ⁊ ſuccum radicis dragontee. aquam radicum leuiſtici. ⁊ aquam hordei ⁊ florum fabarum. Cutem preterea in facie erugari ⁊ tenereſcere eiuſqꝫ candoreꝫ cuſtodiri lacte aſinino putant vt ſcribit Plinius. aiunt eniꝫ Popeam Domitij Neronis coniugem quingentas per omnia ſecū fetas aſinas trahentem balnearum etiaꝫ ſolio totum corpus illo lacte macerabat extendi quoqꝫ cutim credens. Talum candidi iuuenci quadraginta diebus noctibuſqꝫ donec reſoluatur in liquorem decoctum ⁊ illitum linteolo. candorē cutiſqꝫ erugationem preſtare. Ex famateuticon. i. ex permixtis ſiue ꝯpoſitis laudatū eſt antidotū qd̄ recipit aque caſei ⁊ vini partes equales q̄ ꝑcoquant̄ in cortice granati ad medias vſqꝫ partes eoqꝫ faciem illitā erugari aiūt. Diaſcorides antidotū cutē a vitijs detergēs ⁊ rugas delēs ex oleo amigdalaꝝ nō ediliū ⁊ radice lilij minutiſſime tuſi cribratiqꝫ oleo roſaceo atqꝫ cera adiectū vnguētū ꝯfice. q̄dā adijciūt eiſd̄ mel ac radicē yreos. q̄

⁊ eo mō rugas extendūt. Radicē cucumeris agreſtis ſic-cā, tuſam, cribratā, aq̄ infuſam ex q̄ facies eluat. Glutē piſciū diſſolutū in aqua ex qua facies diluat. Litergiriū de albatū cū oleo hyrino, vnguentū de litargirio rugis peculiariter medet q̄ recipit litargiriū dealbatū q̄ prius ruffum fuerit cum pinguedine aſini ſucco radicis cāne ⁊ oleo phiſticino aut de ſemine lini adiecto. Clarificare faciem eamq̄ mundare epithima ex amilo dragaganto cum lacte die tota illita facie Auicenna auctor eſt. Accidunt ⁊ ruge ſenioribus iam factis pleruq̄ in oculis precipue in cornea tunica quibus ſalutare remedium produnt frequentiorem oculi fomentatiōem cū aqua decoctiōe hordei, roſarum, violarum, nenufaris, ⁊ ſimilium, aſſiduam etiam inſtillationē lactis muliebris in oculum.

## De retardantibus Canitiē. Ca. xlvi.

Canitiem conſimiliter cohibendam iuſſere regimine in primis decenti rerum ſex nō naturaliū. deinde eorum que ad capillos perueniūt, intentionemq̄ primam adimpleri vſu eorum q̄bus flegma aquoſum. putridū. ſuperuacuū. frequētius euacuant, abſumūt aut prohibent. ⁊ proprie cū vomitu ſuper cibū ſicuti Auic. tradit, ⁊ cū cliſteribus ⁊ quiete euacuantiū, deinde interpollādo cū reiteratiōe eorundē tū etiā cū exhibitiōe alimētorum laudati chimi cū equalitate ex genere eorum que ſanguinem dant laudatū ⁊ ſpiſſum veluti ſunt frixa ⁊ ea que in patellis preparant. ⁊ quecunq̄ coopta coquunt ſine aqua, ⁊ aſſata abſq̄ iure. fieri āt oīa ħ cū quātitate digeſtiōis ꝑceptū eſt, qm̄ hanc eſſe hui⁹ diſpoſitiōis cure radicem affirmant. nā digeſtiōis corruptio ſanguinem alterat in putredinem, condita ⁊ ſpecies materiam flegmatis abſcindentia tardare canitiē atq̄ adoleſcētiam conſeruare confeſſum eſt, ſicuti tiriacam ⁊ mitridatū de quibus ſuo dicetur loco. Quorum vſum eē anno integro

expectandūqꝫ poſt eaꝝ aſſumptionē ad meridiem vſqꝫ. de
inde veſcendū iubent. precipue tñ maſticatōem frequētio
rem mirobalanoꝝ kebuloꝝ mirū in modū canitiei reſiſtere
aſſeuerāt. Qđ ſi ſenis natura humida fuerit valde eiſdem
calida adminiſtrari: ſicut ſinapim. piper. aromata. almuri. ⁊ ſi
ciam cū ſinapi. moderatūqꝫ vſuȝ vini puri cuius parū epo
tent ſenes. Preceſſit aūt iam ſermo eoꝝ quoꝝ vſus cani-
tiem facit cap. v. cū quibus addendū eſt flobotomiā pluri
mā. euulſionem capilloꝝ. ebrietatem. inordinatū ꝯcubitū.
eorundē tactū cū eis q̄ ſunt ſicuti camphora ⁊ aqua roſea
oleū ſambacinū ⁊ multitudinē vſus aque dulcis plurie ħ
vt noxia repelli debere. Appoſita vº extrinſecus capillos
corroborātia canitiēqꝫ cohibētia in hūc modū adminiſtrā-
da ſunt vt primo abluant̄ capilli nō tñ cū aqua dulci pluri
mo vſu. qđ ſi ꝯtingit protinus exſiccent̄. ſed capilloruȝ ab
lutio cū lauacris appropriatis eoꝝ virtutē ꝯſeruat ex ſim-
plicibus iam laudarunt in lauacris pulpā colloquintide.
nigelā. baurac. ⁊ fel tauri. Illimenta vº ad idem accōmo-
data ſunt olea calida vires reparantia vt Auic. tradit ⁊ il-
lis ſimilia in natura ſunt nām capilloꝝ cuſtodientia ſuper
calorem innatū. ⁊ qn̄ nō rigatur. qđ penetrat in eis de nu-
trimento ⁊ ea ſunt ſicuti alchitrā. ⁊ pix humida currēs te-
nuis. oleū de coſto efficax eſt oleū de beē. oleum de nigel-
la. oleum de ſinapi. Fertur q̄ȝ cꝑ cortex porri decoctus il-
lituſqꝫ canos inficit. Oleū onfatiū. i. ex oliuis nō maturis
aut ſilueſtribus canis eo crebro illitis. oleū liliaceum. Ex
oleo q̄ȝ ſambacino decocto in pomo collo͠qntide a ſemine
⁊ carnibus prius euacuato paſta tñ inuoluto, ſuꝑ prunas
tribus aut quattuor ebulitiōibus cocto ꝯficitur epithima
qđ illitos capillos canos inficit. cohibetqꝫ canitiei celeri-
tatem. ſi tñ obſeruet̄ vt prius diluant̄ capilli lauacro deco
ctōis fuſtiū. cauliū. ⁊ aluminis. addūt pleriqꝫ huic antido-

to grana cataputie tuſa ⁊ mūda. Alij in vſuȝ vertere aquā
gallaꝝ cū decoctōne ſaluie ⁊ betonice ex ea capillos ſepe
numero abluēdo. Lotis capillis aqua in qua diſſolutū ſit
alumen plūme ⁊ alumen tinctoꝝ deſiccatiſq; illiniēdi ſunt
ſucco nucū viridiū neq; prohibere exſiccationem illius in
eis preceptū eſt, acqrunt enim nigredinem etiā ſi cani ſint
Nec pretermitti volunt bonis odoribus ſenis canos ſuf-
fiendos eſſe; eis precipue q̄ cerebri ⁊ inſtrūoꝝ ſenſuū opila
tiones aperiunt. hoc enim mō vires principaliū mēbroꝝ
repari. humiditates cutaneas qbus cani fiunt ⁊ ruge ab-
ſumi. eiſdemq; faciem ſplendidiorē effici ⁊ ita canos ⁊ ru-
gas tardari. auxiliariq; plurimū huic intentōi lauacrū tem
peratum ſi eo cutis a ſordibus aggregatis abſtergat᷑ pori
aperiunt᷑ per quos fit ſuꝑuacuoꝝ humoꝝ expulſio.

¶ De rebus tardantibus caluitiū. Ca. xlvij.

c Aluitij curatio difficilis eſt vt Auic. ſcribit: illius pre
cipue q̄ ex via nature eſt veluti ſeniorū: imo quibus
etate caput nudat᷑ ſuccurri nullo modo poſſe Celſus au-
ctor eſt. q̄uis poſſibile ſit minitanti capilloꝝ fluxui reſiſte
re anteq̄ incipiat aut eundem incboatū tardare. Aduen
tui itaq; eius aduerſandū eſt rebus capillos conſeruanti-
bus ſuccurrentibuſq; capillis cadentibus: ſicuti ex ſimpli-
cibus ſunt myrtus ⁊ eius grana. laudanū. emblici. ⁊ miro-
balani kebuli. mirra. aloes. capillꝰ veneris, ⁊ galle ꝑꝑ ea-
rum ſtipticitateȝ. Ex famateuticon. i. ꝑmixtis ſiue ꝯpoſitis
vō laudata eſt cōpoſitio granoꝝ myrti gallarū emblicorū
aā ꝯcoctis bis in oleo roſaceo aut myrtino. ⁊ id qđ reci-
pit vini ſtiptici lib. i. ⁊ ſemis laudani. vn. i. corticū pini adu
ſtoꝝ vn. ij. capilloꝝ veneris aduſtorum vn. iij. adipis vrſi-
ni que melior eſt adipe anſeris libram. i. ſucci ſolatri vn. iiij.
decoquat᷑ laudanū in vino cocto donec inſpiſſet᷑ ⁊ ſuꝑ ipȝ
ꝓijciant᷑ medicine miſceto, reponitoq;. eiꝰ vſus ē vt aliqđ

eius diſſoluať in oleo nardino ꝛ illiniať.qa tñ caluitiũ ſeni oꝛib⁹ accñs ſiccitate ꝯplexiõis ꝛ paucitate ſanguinis eoꝝ euenit regimie reſũptiuo digeri ꝑceptũ ē ſic delitijs foueri his q̄ alimẽti ſunt laudati nutriri:q̄ꝝ ſermo iã ꝑceſſit. ſic ſũt pinguia decliuia ad caliditatē tenuē.ſalſa ṽo atqꝫ acetoſa q̄qꝫ.ꝛ põtica.ceu noxia repellere venereoꝝ vſũ.vini antiq ſarcocole euitare.potus nãqꝫ eius frequẽs caluitiũ addu cit ꝛ ꝓpꝛie ſenib⁹ vt Auic.ꝓdit.laudarunt tñ ceu ſalutarē frequẽtioꝛē balneatõeꝫ in aq̄s dulcib⁹neqꝫ appꝛoximari ca piti ea q̄ ſt̄ ſic ſapo nitrũ vſnee.ꝫ farinã fabaꝝ ſemina melo nis cretã pſiliũ admitti.cinere q̄ꝫ genitalis aſini ſpiſſari ca pillũ.ꝛ e canitie vindicari ſi raſis capillis illinať vt Pliñ. ſcribit.vꝛſinũ adipē raritatē ſupcilioꝝ emẽdare cũ ladano nec min⁹ fungis lucernaꝝ ac fuligine q̄ ē i roſtris earũ. na ſturtiũ capillos cadẽtes retinē e potũ ꝛ illitũ Auic.ſcribit.

¶De rebus Sanguinem purgantibus regimini reſumptiuo idoneis. Ca.xlviij.

e Gent ſenioꝛes his q̄ ſanguinē mundificãt q ꝓculdu bio nõ paucus mõ in eis eſt verũetiã infectus ſeroſe humiditatis atqꝫ fecalis ꝯmixtione.Depurãt aũt ſangui- nē ex ſimplicib⁹ margarite.ſuccus fũmiterre crudi facta re ſidẽtia.cãphoꝛa decẽtioꝛi mõ adminiſtrata mirobalani ꝛ ꝓpꝛie kebuli ꝛ trifera minoꝛ vt auctoꝛ ē Auic. ꝛ ſanguinē lauãtia ſic ſunt medicine.leniẽtes ſic caſſia fiſtule.tamarin di.viole.pꝛuna.reubarbari infuſio.ſerũ capꝛinum. boꝛago vtraqꝫ.ꝛ lupuli.ꝛ medicine purgãtes humoꝛē peccanteꝫ.

¶Sermo de his q̄ ſpũs reparant. Ca.xlix.

Ebet gerentocomus pꝛo virib⁹ incũbere ſpũum re- gñationi ꝛ repatõi cũ coꝛ ꝛ ſpũs auctoꝛe Auic.vite ſint ꝑncipia.Cõpleť ṽo hec intentio vſu eoꝝ q̄ ſpũs refi- ciũt. ſicuti ex multis vinũ album tenue aromaticũ ſaluta- re pꝛodunt. nec minus oua ſoꝛbilia trementia recentiaqꝫ

⁊ proprie vitellus. Aquã carnis. cerebella laudatoꝝ aĩa-lium ⁊ ꝓprie volatiliũ. efficatiora tñ ſunt eliſiar. ⁊ ſol pota bilis. de qbus ſuis dicet̃ locis. Utilia q̃ꝫ ſunt ea que ſpũs ſplendore quodã illuſtrãt: ſicuti ſunt margarite. idonea ẽt ſunt ea q̃ eoſdem diſgregatos ꝯgregant reſolutõnem eoꝝ prohibentia: ſicuti ſunt karabe ⁊ emblici. Optima q̃ꝫ adiu toria ſunt ea q̃ ſpirituũ cõplexionem lapſam corrigunt qui quidem lapſus ſi fuerit ad frigidum cum calidis erit emen dandus ſicuti ſunt meliſſa. doronici. muſcus. ambra. Si ṽo ad calidũ cũ frigidis corrigendus veluti ſunt roſa ace toſa camphora. Sunt ⁊ pleraqꝫ alia regenerationi ſpũum ⁊ repationi conducentia q̃ proprietate quadã peculiari id efficiũt ſicuti ſunt hyacintus. ſmaragdus ⁊ hmõi. Sunt ⁊ quedã id operantia ſepando a ſuba ſpũum ea q̃ eiſdem ad uerſant̃ ſicuti eſt bugloſſa q̃ melancolicos vapores ſiue fu mos a ſpiritibus ⁊ atrã bilem a ſanguine ꝓprietate ſua ſe-parãt. Sunt ⁊ ea q̃ ſanguinem clarificãt ⁊ purgando illu-ſtrant ceu ex multis. capillum veneris. lupulum. ⁊ ſuccum fũmiterre affirmant. Sunt ⁊ quedam q̃ moderato ⁊ ſuaui motu ſenectuti ꝓportionato exercẽt ſpũs veluti cogitatio nes iocunde. reꝝ optataꝝ aſpectus. ⁊ auditus. cantus. ſo-niqꝫ armonici ⁊ ꝯſilia. Quedã q̃ꝫ ſunt q̃ robur preſtant ⁊ cuſtodiunt innatũ ſpirituũ calorem veluti ſunt aromatica quedã tenuioris ſube ſpũs ꝯformis veluti muſcus. ambra crocus ⁊ hmõi. Sunt ⁊ alia q̃ ſpũs a qualitate venenoſa ꝓtegunt ⁊ ab alijs eiſdem aduerſantibus occulta eius ꝓ-prietate ſiue manifeſta ſicuti ex multis laudarũt zedoariã lapidẽ bezoar ⁊ tiriacã. Ad ſpũum q̃ꝫ cuſtodiã ⁊ reparatio nez ⁊ oĩo virtutis regitiue totius appoſita nõnulla extrin-ſecus ꝯducet̃ inter auctores ꝯſueuit: quẽadmodũ ſunt em plaſtra. illimenta. epithimata. ſacellatões reꝝ ſtipticaꝝ io-cundi odoris reſiſtentia reſolutioni caloris cordis. Inter

tot aũt ſalutaria auxilia neqꝫ preterire fas eſt in regimine reſumptiuo illinire ſpinam dorſi ad virtutis cuſtodiam in magnis laudibus habitũ eſt. eo eniꝫ parens natura virtutem totius regitiuã ꝓprie reparat. eſtqꝫ cã ꝓtectiõis imo longitudinis humane vite ⁊ tutela ſpiritus vitalis. occurrit ad hoc abſqꝫ dilatiõe oleũ camomellinũ terbentina adiecta ad ptes equales. Refert Conciliator illimẽti ſpine dorſi antiquos ⁊ ꝑitos traditõnem ⁊ memoriã laudemqꝫ tãti beneficij occultaſſe cũ ei⁹ veſtigiũ in eoꝝ tractatibus ſit abſciſum. ⁊ eſt de elegantioribus iuuamẽtis vite ſubiectũ ꝯſeruãs. nã principiũ oſſiũ ⁊ neruoꝝ exiſtit e nuca genita a cerebro ⁊ ſpina que eſt platea publica arteriaꝝ neruoꝝ ſpirituũ ⁊ virtutũ ⁊ lectus ſpũaliũ mẽbroꝝ. cõtinetqꝫ medullã vere humiditatis. ſic eteniꝫ plurima aggregãtur vtilia. reparatᷣ ſiqnidẽ ſubã velatiua ⁊ ſpiritalis. preſtatᷣqꝫ iuuamentũ manifeſtum neruis aduerſe valentibus. ſaltui cordis tremori ⁊ laſſitudini. Frequentẽ frictionem ſupra ſpinã ex oleo amigdalaꝝ eſſe tutelã incuruatiõis que accidit ſenibus Judeus experientia ductus auctor eſt.

¶ De virtutibus carnis vipere ⁊ de mõ preparandi eam. Ca. l.

b Ec peculiarem virtutẽ hꝫ in corroborãdo virtutem digeſtiuã tertiã q̃ in mẽbris ꝑficitᷣ. eiuſqꝫ eſum extendere vitã. cuſtodire ſenſus. ⁊ iuuentã virtutẽqꝫ reparare Auic. ꝓdit. Deniqꝫ qꝺ maxime mirũ videri põt ſenectuti etiã hec caro ſepe ꝑſidio eſt. Modus aũt quo id efficiat ſuo poſitus eſt loco in antehabitis. Cũ itaqꝫ via alimonie quidã viꝑis vtanᷣ ſic nũcupatꝫ qa intrinſeca vi pariãtꝫ eo ꝙ catuli in vtero viꝑe nõ expectãtes ꝯpletã nãe ſolutiõeꝫ corroſis lateribus matris vi erũpunt. eligi docent viꝑas in fine verni tꝑis inchoãte eſtate. qꝺ ſi fuerit ver hyemale repellende quoad peruenerit principiũ eſtus montanas

ex eis in locis ſiccis nō aqueis aut infuſis reptas colore
flauas. ⁊ ꝓprie vētre albo dorſo v̑o nigro. nā albe ex eis
imbecillis ſunt virtutis. nigre v̑o vehementioris. feminas
maſculis laudatiores affirmāt quia virtutis nō exuberan-
tis. dinoſci aūt eaꝝ ſexuꝫ pluralitate dentiū in oī latere in
mulieribus repertoꝝ vbi in maſculis vnus tm̄. placidas
earū feris meliores; quaꝝ habitudo ſit capite plano. lato
ꝓprie apud ꝓpinquitatē colli minuti. tenuis valde. vētre
ſtricto. ſolido. cauda arcta ſiue curta. inceſſus ſit eleuato
capite. motu veloci. cum ſtrepitu magno. aſpectu audaci.
quē ꝑſumptuoſum appellant. quarūqꝫ ſecū egreſſio ex po
ſtremo caude eaꝝ fiat. Haꝝ itaqꝫ ſic electaꝝ mortē nō dif
ferendā plurimū poſtq̄ꝫ capte ſunt iuſſere. Modus aūt in
terficiendi eſt vt ſimpl abſcindant̃ caput ⁊ cauda ex tranſ
uerſo ſm longitudinē digitoꝝ quattuor ī vtroqꝫ extremo
Quo ſi poſt illoꝝ abſciſiōem vipera diu viuat ⁊ moueatur
multa cum agitatione plurimaqꝫ cum ſanguinis effuſione
eam proprie electam aiunt. Euiſceranda eſt per medium
ſm longū. perfecte mundificanda. ⁊ proprie cū extractōe
fellis. deinde excorianda. abluendaqꝫ aqua ⁊ ſale aut vi-
no. atqꝫ in os eius occiſe ſtatim ſal addi debere donec li-
queſcat humor Plinius ꝓdit. menſura vtriqꝫ preciſa ex-
emptiſqꝫ interaneis diſcoqui in aqua aut oleo ſale aneto
⁊ oibus aut ſtatim veſcunt̃ aut a pane colligunt vt ſepius
vtant̃. Ius preter ſupradicta pediculos e toto corꝑe ex-
pellit. Alij eas diſcoqui iubent in ꝑte vna aque duabꝰ v̑o
vini ad carniū eaꝝ vſqꝫ ab oſſibus diſſolutiōeꝫ. In vſu tm̄
ſenioꝝ delicatioꝝ eaꝝ potio iurulēta aromatis ꝯdita car-
nibus abiectꝫ laudatior ꝓhibet̃. Scribit Iudeꝰ in coctiōe
tyriaꝝ: caue ne ſub olla ponant̃ niſi igniti carbones ⁊ ī ho
ra diſſolutiōis oſſiū a carnibꝰ ſal apponat̃ nouū et anetū
viride nō ſiccū. Eſt ⁊ alter ꝑparandi modus: carnes viꝑe

in furno non plurime caliditatis ponito pane prius extra
cto sicq3 eas exsiccato ea tñ forma vt in puluerē ꝯteri poſ
ſint quem electuarijs ſiue antidotis alijs regimini reſum-
ptiuo ꝯducentibus adiectū ſenioribus dato. preſtātior tñ
eaꝝ vſus eſt ſi ex vipinis carnibꝰ ita preparatis nutriant
galline. cappones. ſiue pulli. vl'ſaltē ex frumēto ⁊ bordeo
aut alijs granis in eaꝝ decoctiōe decoctis quaꝝ decocti
onem etiā epotarēt tanto tp̄e quo deplumari inciperent.
hiſcq3 auibꝰ ſic enutritis veſci ſenes per interualla ꝯuenit.
nam inter cetera ſalutaria iuuamēta ſanitatē etiā oculi cō
ſeruare vltime ait Auicenna.

¶ De virtutibus aque carnis ⁊ de modo ipſam efficiendi. Ca. li.

v Elox fit virtutis refectio q̄tumcūq3 imbecillis vſu
aque carnis cū mira etiā virtutū trium principaliū3
reparatiōe. ⁊ oīo eā rē vltimā i remouēdo cordis ībecilli-
tatē ſicuti ⁊ oua ſorbilia ꝓdūt. eſtq3 de laudatioribꝰ rebus
decrepitis iāiam extinctiōis caloris innati atq3 mortis ia-
nuā pulſantibus plurimū ꝯducentibus. Modus eā faci-
endi talis eſt carnem laudati aīalis in reſumptiua ſenioꝝ
ſicuti lactantis eduli aut bidentis ouis aut iuuenis arietꝭ
deligito vbi refectiōi imbecilliū ſpūu3 dūtaxat ſit intentio.
defectis v̄o ſenibus craſſitie. turbulentia. ⁊ paucitate ſpi-
rituū eāq3 ex leuioribꝰ ſic̄ volatilibꝰ aīalibus quā fruſtra-
tim cedito decoq̄toq3 q̄ad reſudādo ſuccus ab ea emanet
neq3 in hac ꝯpoſitōe omittas mixtionē aromatū principa
tui mēbroꝝ opem ferentiū: ſicuti cinamomi. gariofili. ma-
cis. margariteq3. folioꝝ auri. coralloꝝ. ſiue p ſublimatiōe3
conficietur aut quo libeat alio modo.

De virtutibus ſanguinis hūani ſublimati. ⁊ de modo ſublimandi eum. Ca. lij.

i Nter efficaciſſima ſenectutis auxilia Sanguinem

etiā humanū ſublimatū quem eliſir vocant in magnis lau
dibus habuere: ita vt pleriq; in ſpiritu ſi gn̄atiōe ob ſimili
tudinē quandā humane nāe quecunq; alia excellere puta
rint: ita vt in tota reꝝ nā nondū ꝯperierint rem illi ſimilez
precipue ſi ſanguis hoīs fuerit iuuenis nāe ſanguinee aut
ſani ſimpliciter ſiue vt multum laudatioribus alimētis in
aere bono regimine ꝯueniēti vſi. Modus aūt eū ſublimā-
di talis eſt: clibanū ſeu fornellū parato in cuius medio ka
cabū eneā aqua plenā ponito ad cuius aque caliditatem
ſanguinez qui in lateribus fornelli ꝯtentus erit ſublimato
prius tn̄ vaſe ſanguinem continente elambico aut capello
calicibus coopito, ignē ꝯtinuo ſub dicta kacabo ꝯſeruato
ſicq; vehementi illius virtute ꝑ ſublimatiōez aquā primā
albā mirū in modū ꝯuenientē (vt aiūt) corꝑibus ⁊ paſſio
nibus colericis extrahito, poſtea v̄o aquā ſecūdā aliqua-
liter coloratā colligito prima efficaciorē flegmatis paſſio
nibus ⁊ corꝑibus flegmaticis vtilem vt ferūt. Quas oēs
in vaſe vitreo ꝑfecte velato recōdito. Aiūt ꝙ ſi fm̄ exigē
tiā hic ſanguis ſublimet̄ eius opatio ineternū nō corrūpit̄
ꝑcipue ſi eaꝝ aquaꝝ quelibȝ in vaſibꝰ diuerſis ſeorſuȝ re-
ſeruet̄, ⁊ iā vſi ſt̄ pleriq; hiſpanoꝝ ſuillo ſanguie, ſue alimē
tis laudatis enutrito ꝑcipue q̄ in aere bono, hoc ſicuti pe
culiare ⁊ ſecretū nemini cōicare volentes.

¶ De virtutibus auri potabilis: deq;
mō parandi illud. Ca. liij.

n Non eſt ſatis mirari curā diligentiāq; priſcoꝝ ꝗ oīa
ſcrutati nihil qḋ ſaluti hūane ꝯducat intentatū reli-
quere. Aurū eniȝ cuius vt exꝑtū eſt reꝝ vni nihil igne de-
perit ad vite lōgiora ſpatia mirū in modū eiꝰ vſu ceu ma-
xime ſingulare ⁊ vere vnicū nature humane ſolamen pro
ficere inuenerunt. Habet nanq; aurum ſicuti ⁊ poſt ipſum
argentū ſui ꝓprietate peculiare iuuamentū ad ꝯplexiōem

humanā iuuandā ꝯſolandāqꝫ.cuius cā cardiaci etiā paſſi-
oni ꝛ melācolie q̄ facit triſtē ꝛ p̄cipue q̄ facit hoīem apud
ſeip̄m loqui ꝛ malicie animi ꝛ oīo timidis ꝛ puſillanimis
valitudinē bonā atqꝫ audaciā ꝯfricatū ſiue ꝯtritū preſtare
inter auctores ꝯuenit.vnde aurū ſic dici voluere qa men
tes hoim auertat vt Feſtus auctor eſt.Ad cuius vſum in
regimine reſumptiuo ita iuſſere in decoctiōib⁹ qbus cōdi
mēta ꝛ fercula ſenioꝝ parant̄ virgā auri crebro cōfricato
quoad rubori cuidā attineat. eſt quippe aurū illud tenue
ꝛ equale cuius etiā limaturā medicinas ingredi melanco
liā emendantes.ipſumqꝫ ore retentū fetorē oris remouer̄
affirmāt.Refert Iudeus coliriū factū ex auro corrobora-
re viſum conditurāqꝫ factā in vaſe aureo vel aurū ip̄m ei-
dem ꝯmixtū oīo corpus corroborare.Qđ ſi ea q̄ ſcribunt̄
vera ſint vehementius ad hec oīa operabit̄ aqua ſolis.i.
aurū potabile.aſcribunt enim alchimiſte aurū ſoli ip̄m di-
gnificare volentes ſicuti ꝛ vnicuiqꝫ metallo planetā vni-
ce appropriāt eoꝝqꝫ ſciam velantes platonicoꝝ more me
taphoris vti gaudēt. valꝫ āt ꝛ ad alopetias ꝛ tyrias.cutē
corporis abſtergendo purgat a ſordibus ꝛ oīo ſenioribus
ꝛ defectis meliorem valitudinē facit.minuſqꝫ rugaꝝ eius
in hac op̄atione virtutē inter ſuprema nāe mirabilia ꝯnu-
merandā eſſe putant ſiqdeꝫ in eo vt aiūt quattuor nō cor
rumpunt̄ elementa. eſtqꝫ hūane nāe adeo ꝯforme vt eam
neqꝫ calefaciat.refrigeret.exſiccet.neqꝫ humectet. qnimo
tempatā eius nām equalitate oēm aliā excedente:ita vt ſi
mile equalitati ponderali iudicatū ſit.cui vni nihil in rerū
nā ſil'e putat̄ qđ vires eius hēat eius naturā in eadē gra-
duali menſura qua ꝛ complexio humana reponitur ſitua-
ri volunt. Iuuantius v̄o ad hec omnia dicūt qđ natura
productū magis q̄ꝫ id quod arte ſi tñ id arte ꝯflari poſſit
vt peritiores exiſtimauere.Eſt aūt mirādus artis modus

aurum ipſum preparare vt ſit potui aptū cuius laudatio-
rez precipiūt. Auri optimi vnciā vnā. argenti viui vncias
duas accipito. dimittitoqꝫ quouſqꝫ aurū diſſoluat. deinde
in elambico ponito ſub quo ignem lentū accendito. dimit
titoqꝫ quoad exeat argentū viuū per orificiū elambici. de
inde aurū denigratū in fundo vaſis colligito cōmiſcetoqꝫ
libris quattuor aque bugloſſe ⁊ oīa inſimul in elambico
vitreo bene obturato fundito ita vt non reſpiret ⁊ ſub eo
ponatur ignis bene proportionatus diebus ⁊ noctibꝰ tri
bus ꝯtinuis in fine cuius tpis ſi ars fuerit nota aquā non
conſumptā inuenies. aurūqꝫ ipm liquefactū quod potabi-
le dicunt. Pōt qꝫ diſſolui aurū vt ferūt in aqua clara cuz
armoniaco. deinde poni in inſtrō ⁊ diſſoluere ſine ſale.

## ¶ De Gēmis reſumptioni ſenectutis conducentibus. Ca. liiij.

ſ Unt ⁊ ex gēmis pleraqꝫ peculiarit reſumptiōi ſene
ctutis opē ferentia quaꝝ ꝓprietate ſenis nā equat.
leticia ⁊ hilaritas aīe adducunt. ſicuti in primis eſt carbū
culus quē eo mō ſe hēe ad alios ꝑcioſos lapides ſicut au
rū ad reliqua metalla plus oī alia gēma virtutē habētem
confeſſum eſt. Calcedoneū qꝫ lapidē corꝑis vires cōſer-
uare gēmarij affirmāt. criſolitum ſpiritualia membra cor-
roborare. Eliotrophiam lapidem viridem ſmaragdo fere
ſimilē guttis quibuſdam reſperſuz ſanguineis cū alijs eiꝰ
viribus nō vulgaribus hoiez incolumē longeqꝫ vite atqꝫ
melioris fame efficere. Granatū etiā lapidē q de gn̄e car-
būculi exiſtit. cor exhilarare. ⁊ triſticiā fugare. Jacinctum
corꝑa repare. ſomnū adducere. cordi leticiā ⁊ robur ꝑſta
re. Margaritas ſpūs plurimū illuminare. ꝯſolidare. reficē
Lapidē medū ꝓprietate ſua feſſos laxos ībecilleſqꝫ reſo
uere. Smaragdo ineſt ꝓprietas virtutē viſus reparandi.
roborādiqꝫ. Corallus ſui ꝓprietate adiuta illuminatiōi et

abſterſioni ⁊ ſolidatiõe cũ ſtipticitate cor exhilarat ⁊ corroborat. His aũt gẽmis auro infixis anulos digitos ſeniorum induere plurimũ preſtat.

## ¶ De Syrupis qbus ſenes vti ꝯuenit ⁊ in primis de ſyrupo acetoſo. Ca. lv.

ſ Yrupũ acetoſum oĩbus ſeniorib⁹ in oĩ tpe atq; in oĩ habitata regiõe idoneũ eẽ Albuc. auctor eſt. nãe eſt equalis in calido ⁊ frigido. ſui tenuitate apire. mũdificare attenuare. ſuiq; excellẽtia virtutis cõis eẽ aduerſant' humorib⁹. calidis. frigidis. tenuibus craſſis. viſcoſis. ſiue adherentibus Meſue ꝓdit. cuius vſum dẽre eẽ cũ iuleb ne tuſſim diſinteriãq; ꝯcitet preceptũ eſt. Si cum zucaro fiat oĩbus ſanis ꝯferre cuiuſlibet nãe in oĩ etate. factũ vo cum melle tpatum in caliditate ⁊ frigiditate. factũ vo cũ radicibus caliditati attinere. opilatiões aperire. humoꝝ viſcoſitates ſcindere. minus tñ ſitim extinguere. minoriſq; caloris q̃ ſyrupus acetoſus ſine radicibus quẽ ſimplicem vocant. Eũ plurime acetoſitat' in regimine reſumptiuo damnauere. Scribit Judeus ſyrupo: acetoſo vehementis acetoſitat' in corpib⁹ virtut' ĩbecillis. hũores inarent. viſcoſitas increſcit, frequẽtioriq; vſu in inteſtinis plerũq; is diſinteriã adducit. pulmoni tuſſim. membris neruoſis nocumentum.

## ¶ De Syrupo Cidonioꝝ.

h Unc q̃z ſyrupum qa virtuti ſtomachi digerenti vtilis eſt in regimĩe reſumptiuo receperũt ꝑcipue ſenũ nature calide ⁊ hũide eſtiuo tpe alĩjſq; tpibus eſtati cõtinuatis. in meridianis regiõib⁹ nãe frigide ponit' in tertio ſicce in. ij. ſitimq; ſedare. Jn exhibitiõe ſyrupoꝝ horã eligendã eſſe qua luna ꝯiuncta ſit veneri ⁊ ioui in ſignis aereis ⁊ aqueis preceptũ eſt Albuchaſis.

## ¶ De Syrupo de corticibus Citri.

i N ſũma q̃z ſyrupoꝝ neq; ꝑtermitti volũt frequẽtiorẽ

vſum ſyrupi de corticibus citri veluti idoneum ſtomacho nauſeanti ⁊ cordi ſenioris: precipue nature frigide hyberno tempore ⁊ in regionibus frigidis.

¶ De Syrupo radicis zinziberis viridis ⁊ melle ro. co.

i Dem ſentiendū eſt de ſyrupo radicis zinziberis viridis ⁊ mellis ro. co. ipſum nāq̧ eſſe abſterſiuū mundificatiuū ⁊ ſtomachi roboratiuū auctor eſt Meſue. Syrupū q̄ʒ de praſſio ſenioribus vnice idoneū ad abſumēda ſupuacua flegmatica craſſa ſuo viſum eſt loco.

¶ De Aceto Squilitico.

ſ Enem carnoſum ⁊ pinguem frequentiori vſu parū aceti ſqlitici inſumere iuſſerunt. nā craſſitiei humor̄ ſui tenuitate aduerſat̄ māſq̧ craſſas ⁊ viſcoſas ſcindendo ad expulſionem faciles parat. interdū etiā eaſdē educēdo īmo ⁊ nōnunq̧ colerā nigrā. corpꝰ a putrefactōe ꝓſeruat. bonā valitudinē facit. ſtomachū corroborat cui accidit laxitas ⁊ mollificatio. colorem efficit ſplendidiorē. ⁊ oīo iuuentā eſt reſeruās. ſenectā retardans. Refert Judeus plures ſe vidiſſe quor̄ vite regimen illaudatius erat: ꝯſeruabant̄ tñ icolumes vſu aceti ſqlitici. vtile ſiqdē eſt egēti plurima ſubtiliatōe ⁊ ſiſciſſiōe ſupfluitatis craſſe atq̧ viſcoſe

¶ De Electuarijs. Ca. lvi.

p Recipua obſeruatio reſumptiui regiminis eſt inniti cordis repatiōi vnicuiq̧ virtutū quas regitiuas totius corpis appellant. Gal. nāq̧ virtutē totius regitiuam oīum virtutū corpis ꝯgeriem nominauit. Ablatiōi q̄ʒ laſſitudinis ear̄ virtutū vſu rer̄ aromaticitati attinētiū ⁊ aliarū rer̄ qbus ꝓpriū eſt ꝯferre rei vite: qbuſq̧ gaudet natura humana. ⁊ has pitiores cordi vires ⁊ robur ꝓſtare ꝑdūt ꝓpterea ꝙ cor eſt fons viteq̧ ꝑncipiū. decor aīe. rex nāe. moderator corpis. diuina ꝯceptū ſapia. int̄ ſaluberria

auxilia itaqꝫ ſenectutē reficientia eſt vires cordis coadu-
nare, reficere ⁊ reperare, nō ſyrupis mō ſed ⁊ electuariis
⁊ reb⁹ aliis. ¶De electuario Gal'. ad corpis matiē.

e X potiſſime tñ huic negocio conducētibus electua-
riū quoddā deſcribit Gal'. in libello ſuo de ſecretis
qđ ad matiem corpis ⁊ ad diſpoſitōem ſenectutis vtile ꝑ
dit, eſt nāqꝫ opilationū aperitiuū, calorem īnatū reficit, diſ
ſoluitqꝫ humores corruptos, ꝯcoctioni optimū adiutoriū
eſt, inflatiões diſcutit, flegma a ſtomacho ⁊ frigoris nocu
menta a iūcturis repellit. vrinā citat ⁊ oīo corporis vires
vndequaqꝫ repat. Qđ recipit pipis, macro pipis, cinamo-
mi calidi, i. acuti floris ſgnanti. ſpice inde, galange, ameos
cimini, carui, añ. ʒ. ij. maſticis, ſeminis feniculi, aniſi, zinzibe
ris ſicci, calamenti fluuialis ſicci, añ. aureos decem. folij in
di, cipi, croci, aſſari, caſſie lignee, coſti dulcis, ſeminis apij
hortenſis, omniū añ. aureos tres, gariofiloꝝ. cardamomi
minoris, cubebaꝝ, nucis muſcate, macis, carpobalſami, xi-
lobal ſami, piretri foliati aſportati, accori, oīum añ. aureos
duos: tuſa hec oīa ⁊ cribellata cum zucaro ad partem ter
tiam cum melle diſpumato vº ad triplū ſui ꝯficito vſuiqꝫ
reſeruato. Eius aſſumptio ſit ab aureo vno vſqꝫ ad duos
ante ⁊ poſt cibum.

¶De confectione Philoſophoꝝ Auicenne.

e Et ⁊ ad hanc intentōnem antidotū Auic. in quinto
canonis ꝯfectio philoſophoꝝ appellata: quā mate-
riā vite nuncupat, ad ſuꝑuacua flegmatis abſumenda plu
rimū idonea, necnō ad exhilarandā aīam, ad digeſtionē re
ficiendā, ad inflationemqꝫ ſtomachi ⁊ ad metus diſcutien
dos mederi tradit, ⁊ oīo eſſe ſicuti viaticum adoleſcentie
eaqꝫ ſeruationem ⁊ memoriā increſcere, rationem bonam
efficere, frigori deniqꝫ aduerſari. Eius deſcriptionem ibi-
dem ponit Auic.

¶De electuario ambre ꝛ regum Auic.

e Lectuariũ ambre eiuſdem generis habitũ eſt ꝛ ſimili modo electuariũ regum ꝓprietatibus nõ vulgaribus inſignitum: quã Auic. medicinã anni appellat ſumendam anno integro continuo. Eius vſum rectificare ſuſcipientem ſe ad finem vſqꝫ vite ſue precepto dei. cuius frequentiorem vſum vitis corporis mederi, canos cohibere ꝛ oĩo eam eſſe medicinã regum nec abſtinendũ ſuper eam ſcribit.

¶De Triphera Hali rodoã.

b Ali rodoã ad ſenectutis velocitatẽ ꝓhibendã id antidotũ ſcripſit qđ tripherã appellat. i. iocundam, ſeu laudatã, aut victoriã ſuccũ ſiue fructũ afferentẽ, digeſtioni opitulari, colorẽ bonũ efficere, iuuentutẽ ſpacio lõgo ꝯſeruare aduerſariqꝫ calori ꝛ frigori ꝛ oĩo per eam hoĩs vitã extendi ſi ꝯuenientia obſeruet, eã appellat medicinã indã.

¶De electuario letificante Raſis ꝛ Alkaph. ꝛ de mirobalanis.

r Aſis electuariũ letificãs inter ſenectutis remedia ſalutaria ponit. Attñ qa plurimũ exſiccatiuũ eſt cũ decoctione aliqua humectante ſenioribus dari: vel ſaltem id aliquo humectante rectificari, leticiã adducet, coloris venuſtatem, digeſtionẽ meliorẽ, canos retardare ferũt. Huic qꝫ intentioni vnice deſeruit electuariũ alkaph iuuentuteꝫ ꝯſeruans ꝛ canos retardans. Et electuariũ de mirobalanis canitiem retardans Raſis tertio almanſoris.

¶De Diamuſco ꝛ diambra ꝛ electuario de gemmis Meſue.

m Eſue electuariũ diamaſcũ, electuariũ de gẽmis ꝛ diambra q̃ ſublimitate ſua cerebri ꝛ cordis virtutes reficit ſtomachum ꝛ oĩa mẽbra digeſtionem ꝓcurat. vtentẽ eo letificat, mẽbra nutritiõis excalfacit ſenibus ꝛ frigidis natura auxiliari Meſue auctor eſt. His qa ſpirituũ vires

incrementum ſuſcipiunt ſeniores vti preceptũ eſt.

De Mithridato et Tiriacha.

n Obiliſſimũ inter cetera habetur mithridatis antidotum quod quotidie ſumẽdo rex ille aduerſus q̃z venenorum pericula tutum corpus ſuũ reddidiſſe dicit᷑. ſimilit᷑ et tiriace quibus nullã alterã medicinã compoſitam equiperandã eſſe auctor eſt Auic. precipue ad equandã humanam cõplexionem et magis cordis: cui optimũ adiutorium eſſe nemo peritiorum dubitat. Eis ſiquidem cordi hilaritas cũ ablatione triſticie adducitur: venenis et morbis venenoſis iuuamento magno valde medent᷑. ſanitatem cuſtodiũt cũ cautela a peſtilentialib⁹ accidentib⁹ et a prauis humorum motibus. corpus repletũ deplent. et depletũ replent. et oĩo cunctis virtutibus robur p̃ſtando ad vite longiora ſpacia plurimũ cõducunt. precipue tñ tiriaca. Ideoq̃z ſenibus nõ tpatis modo ĩmo et his qui frigidiam et humidam habent nãm hyberno tpe atq̃z oportuno in regionib⁹ frigidis put res exigit mirũ in modũ pficere affirmant. tiriace q̃ztitatem paruã ſenibus dari Damaſceni preceptũ eſt nã ei⁹ caliditate vigilias adducit. ideo cũ his q̃ refrigerãt atq̃z humectãt ſicuti cũ aqua hordei et hmõi eis vti oportere Albuchaſis auctor eſt. Etſi Iudei cõſilium ſit auctoritate Gal᷑. imbecilles et ſenes cũ tiriacam aſſumũt vino nõ aũt aqua. completa cibi digeſtione. et poſtq̃z cibus a ſtomacho egreſſus erit vti debere. cuius q̃ztitas ſit ad modũ fabe egyptiace cum duobus vini coclearijs nõ tñ eſtate. Inter reliquas tiriace vires inſignes vltra id q̃d notũ eſt in ea rõne qualitatũ primarum. precipue poſt ſimpliciũ miſcibilium in ea cõpoſitionem atq̃z fermentatiõem quid diuinũ et ignotũ aduenire formã vz ſuam artificialem de foris aduenientem potius q̃z ab intra cuius gratia cuicunq̃z opponitur veneno inter auctores conuenit.

¶De Electuario Conciliatoris nobili.

v Bi op⁹ ſit virtutē ſenis celerius repare: electuariū q̄ð oī cordi paſſioni ꝯducit nobilius tempatius effi caciuſq; quouis alio ſubſequens etas inuenit: eius portiū culā vino creto muſcatellino vł quouis alio meraceo diſſolui iubent ꝛ ita inſumi. hoc enim mō imbecilliores faciliꝰ vtunt̄ celeriuſq; penetrat: nōnunq̄ tn̄ admiſceri zuca ro roſaceo aut boraginato ad ptes duas aliq̄n ad medietatē virtute nō exn̄te plurimū defecta. in ſeniore eni latoꝝ poroꝝ tenuioris ſpūs ſi frequētior eēt vſus ſpūs cogeret exalare. cuius ſignū eſſe aiūt φ corpus euodeſteꝝ. i. odoriferū facit. riſūq; ꝛ aīe exhilaratiōem adducit. ſiſtole atq; diaſtole partiū faciei crebrioribus vita etiā recedente. eſt aūt electuariū eupocriſton. i. bona inuentio diuino quodā ſpū a Cōciliatore excogitata in differentia magni ſui con cilij. c. xcvi.

¶De Electuario modernoꝝ.

ſ Aperiori aūt pauloante nr̄o ſeculo antidotū regimini reſumptiuo idoneū ꝯpertū eſt q̄ð recipit margaritaꝝ electaꝝ. ʒ. vnaʒ. iacinctoꝝ. ſmaragdoꝝ. ſaphirorū. doronici. coralloꝝ alboꝝ ꝛ rubeoꝝ an̄. ſcrup. i. cinamomi. macis. galange. nucis muſcate. an̄. drac. §. gariofiloꝝ. pipe ris lōgi. cubebe. ligni aloes. ſtoracis calamite. ſeminis baſiliconis an̄. ſcrup. §. croci. ʒ. §. muſci. ambre an̄. grana q̄nq; corticū citri conditaꝝ drac. mediā. liqritie raſe ad humectandū. candi. paſſulaꝝ an̄ vnc̄. i. cōſerue boraginis ꝛ buglosſe an̄. ʒ. iij. ſucci pomoꝝ dulciū depurati drac. ij. aque roſee vnc. i. zucari albi lib. i. electuariū fiat quod mirabile dicunt.

¶De Mirobalanis ꝯditis. kebulis. ꝛ Belliricis.

v Sum mirobalanorum kebulorum conditorum in magnis laudibus in regimine reſumptiuo habuere. nam hoīem iuueneſcere faciunt cū meliōri colore. halitus

indoriſq; iocundiori odore cū hilaritate cordis ⁊ aīe epatis ac ſtomachi reparatione Joannes Meſue auctor eſt. vſum quoq; beliricorū ad reficiendos ſenes cōſtantinus.

De Muſco.

r Efert Diaſcorides muſcū epotum ſiue appoſitum cor ⁊ interanea omnia membra veluti dans vigorē omnibus ſolatium fortitudinis, incrementū reparare, ideo aiunt grana quattuor ex eo electo epota diebus aliq̄bus cum vntījs duabus aque ſublimatiōis florum croci imbecilliores ſenes mirū in modum releuare.

De Zedoaria.

p Uluis zedoarie q̄ttitate dracme vnius adiectis vntījs duabus vini aromatici ⁊ tantundem aque mellis cordi refectionem gaudiū ⁊ robur vt fertur preſtat.

De medicina aliquantiſper etiā extendente vitam iamiam morituri decrepiti.

a D extendendam etiā vitam iam decrepiti (vt fieri poteſt) priuſq; ſenex effleat aīam: proprie cū decrepitus adeo imbecillis eſt vt induratis membris anhelitus balbutiendo loquat᷑: ita vt eum palpitare potius q̄ viuere dicas legiſq; iam ſacramenta ſuſcipiat in promptiſſimis remedijs antidotū excogitatū eſt, qđ auctore cōciliatore recipit caſtorei, macis, ⁊ croci tuſorū aā, partes equales cum laudatiſſimo vino vi etiā ore iamiam morituri ſenis aperto in ipmq; impulſo. Poterit ſiquidem hoc a minitāte impetu mortis iam in foribus exñtis hoīez decrepitū aliq̄tulo tp̄e tueri vitā extendendo. Qđ auxilium etſi anceps ſit debet tñ gerentocomus pro ſuo officio eo tunc experiri. multa enī in p̄cipiti p̄iculo fiunt alias omittenda: ita tñ oīa hec exeq̄ par eſt vt ſemper ante finis faciendis eſt q̄ vita deficiat, ne vt ait Theodorus Priſcianus parēs natura querula dicat: Occidit eger ⁊ mihi fragilitas imputat᷑.

¶De morte naturali nec lugenda, metuendaue
neqꝫ optanda. Ca. lvij.

b Ac igitur gerentocomia directi ſenes: terminū vite naturalem qui preteriri nō poteſt cōſequent̄: ⁊ hoc erit reddere debitum nature per qđ fiet ſine triſticia ⁊ oīo abſqꝫ vlla violenta paſſione ꝑcepta aīe ablatio inſenſibilis. aīam enim ſenilem mollis exoluit ſopor vt inqt Seneca. Que mors rōnali iudicio nō lugenda non modo: imo neqꝫ metuēda. neqꝫ expetenda eſt. lꝫ virtus ꝯcupiſcibilis mortē refugiat veluti terribiliū vltimū vt eſt apud Ariſtot. Lugenda ſiqdem nō eſt eo ꝙ oīa que ſm naturam fiunt auctore Cicerone bōa ſunt in bonis. nihil aūt eſt tā ſm nām ꝙ̄ ſenibꝰ emori. ideo moriēs ſenior ille Enius dixit: Nemo me lachrymis decoret neqꝫ funera fletu Faxit. Metuendam quoqꝫ non eſſe neqꝫ exoptandam veriſimile eſt: cū inter ea que vitā beatiorem faciunt etiā preceptū ſit: ꝙ ſummū nec metuamus diem neqꝫ optemus vt Martialis ait. fieri tn̄ difficile eſt quin ſubinde in celum aſpiciēs mens ſibi conſcia recti confiteatur mortem hanc exoptandam eſſe: nequaꝙ̄ vo metuendā ſi eo deducit hoīem vbi felix futurus ſit eternus. qđ quidem proculdubio efficit: vt orthodoxe credere religio eſt. hec enim ad eternā gloriam eſt via: nam ad eam melioribus operibus mediis ſequitur cum beatitudine imortalitas. ⁊ hec eſt ea vita que vnice vita nominanda eſt: ad quā vtinā aliquando de ea benemeriti perueniamus. Finis.

Impreſſum Rome per Euchari
um Silber alias Franck: Anno
domini. M. cccc. lxxxix. die Vo ve
neris. xxvij. mēſis Nouembris.

¶Regiſtrum.

¶De ſenectute
Infirmitates.
¶Nihil ab
Cerebri non.
¶Quos auritos
Ceſſitate nature.
¶ Superextendit
Anguſtius.
¶In que
Agrorum fructibus.
¶Oculi tradit
Calida ⁊.
¶Nectuſqȝ tardatur
Obeſt narrat.
¶Indeqȝ euenit
Damnantur.

¶Humide nature
Romanos.
¶Tibus eſſet
Fuerit tremuli.
¶Duatur caliditati
Senes quorum.
¶Vel pulticula
Duntaxat.
¶Priſci medicorum
Siue lac.
¶Cibus ab his.
Balneum.⁊.
¶Is eſt medius
Bus congeſte.
¶Tot autem
Humanam iuuandam.

Finis.

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

Xh 27000

BIBLIOT. UNIW. W POZNANIU
Xh 27000
INKUNABUŁY

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 36. a
INKUNABUŁY